& dextera eorum dextera iniquitatis.  
**D**eus canticum nouum cantabo ti-  
bi. in psalterio decachordo psallam tibi.

**Q**ui dās salutem regibz. q̄ redemisti  
Dauid seruum tuum. de gladio maligni  
eripe me. **E**t erue me de manu filiorū  
alienorum. quoz of locutum est uanitas  
tem. & dextera eorum dextera iniquitatis

**Q**uorum filij sicut nouelle plantatiōes  
in iuuentute sua. **F**ilij eorum compo  
siti. circūonati ut similitudo templi.

**P**romptuaria eoz plena. eruantia i  
ex hoc in illud. **O**ues eorum fetose ab  
dantes in gressibz suis. boues eorum crasse

**N**on est ruina macerie. neq. transitus  
neq. clamor in plateis eorum. **B**eatum  
dixerunt populum cui hęc sunt. beatus  
populus cuius dominus d̄s eius.

**E**xaltabo te d̄s meus rex  
& benedicam nomini tuo i  
seculum & in seculum se  
culi. **P**er singulos dies  
benedicam tibi. & laudabo nomē in seculum  
& in seculum seculi. **M**agnus  
dominus & laudabilis nimis. & magnitudi  
nis eius non est finis. **G**eneratio &  
generatio laudabit opa tua. et potentia  
tuam pronuntiabunt. **M**agnificentiam  
& glorie sanctitatis tue loquentur. & mi  
rabilia tua narrabunt. **E**t uirtutem  
terribilium tuoz dicent. et magnitudi  
nem tuam narrabunt. **M**emoria abun  
dantie suauitatis tue exultabunt. et ius  
ticiam tuam exultabunt. **M**iserator  
et misericors dominus. patiens & mul  
tum misericors. **S**uaus dominus uni  
uersis. & misericors eius super omnia  
opera eius. **C**onfiteantur tibi omne  
omnia opera tua. & sancti tui benedicant

tibi. **G**loriam regni tui dicent. & pote  
tiam tuam loquentur. **V**t notam faciat  
filijs hominum potentia tuam. & gloriam  
magnificentie regni tui.

**R**egnum tuum  
regnum omnium seculorum. & domina  
tio tua in omni generatione & generatio  
nem.

**F**idelis dominus omnibz uerbis.  
& sanctus in omnibz opibz suis. **A**lle  
uat dominus omnes q̄ corruunt. & eli  
git omnes elisos.

**O**culi omnium in te  
sperant. domine. & tu dās escam illorum  
in tempore oportuno.

**A**peris tu manu  
tuam & imple & omne animal benedi  
cione. **I**ustus dominus in omnibz uis  
suis. & sanctus in omnibz opibz suis.

**P**rope est dominus omnibz inuocan  
tibus eum. omnibus inuocantibus eum in  
ueritate. **V**oluntatem timentum se  
faciet. et deprecationem eorum exaudiet.

**C**ustodit dominus  
omnes diligentes se. & omnes peccatores  
disperdet. **L**audationem domini loquet  
of meum. & benedicat omnis caro nomini  
sancto eius in seculum et in seculum se  
culi. **Alleluia.**

**L**auda anima mea dominum.  
laudabo dominum in uita  
mea. psallam deo meo q̄ di  
fuerō. **N**olite confidere  
in principibus. in filijs hominum in q̄bus  
non est salus. **E**xibit spiritus eius et  
reuertetur in terram suam. in illa die pe  
ribunt omnes cogitatiōes eorum. **B**ea  
tus cuius deus iacob adiutor eius. spes  
eius in domino deo ipsius. q̄ fecit celum  
& terram. mare et omnia que in eis sūt.

**Q**ui custodit ueritatem in seculum  
facit iudicium in iuram patientibus dat  
escam esurientibus **D**ominus soluit com  
pedes dominus illuminat cecos **D**om  
nus erigit cecos dominus diligit iustos  
**D**ominus custodit aduenas pupillum  
& uiduam suscipit et uiam peccatorum  
disperdit **R**egnabit dominus in seculis  
deus tuus syon in generatione & ge  
nerationem. *Alia.*

**L**audate dominum quoniam  
bonus est psalmus deo  
nostro sit iocunda decoraq  
laudatio **E**dificans hie  
rusalem dominus disperdit isrl congrega  
bit **Q**ui sanat contritos corde & i  
alligat contritiones eorum **Q**ui num  
rat multitudinem stellarum & omnib  
eis nomina uocat **M**agnus dominus  
noster et magna uirtus eius & sapien  
tie eius non est numerus **S**uscipiens  
mansuetos dominus humilium autem  
peccatores usq; ad terram **P**recinte  
domino in confessioe psallite deo nro  
in cathara **Q**ui operit celum nubib  
& pat; terre pluuiam **Q**ui pducit in  
montib; fenum et herbam seruituti ho  
minum **Q**ui dat iumentis escam ipso  
& pullis coruorum inuocantibus eum  
**N**on in fortitudine eq; uoluntatem  
habebit nec in tibus uiri beneplacitum  
erit ei **B**eneplacitum est domino se  
per timentes eum et in eis q; sperant  
super misericordiam eius. *Alia.*

**L**auda hierusalem dnm la  
uda deum tuum syon  
**Q**uoniam confortauit  
seras portarum tuarum  
benedixit filiis tuis in te **Q**ui posuit  
fines tuos pacem & adipe frumenti sa  
tiat te **Q**ui emittit eloquium suum  
terre uelociter currit sermo eius o  
**Q**ui dat niuem sicut lanam nebu  
lam sicut cinerem spargit **M**ittit o  
crystallum suum sicut bucellas ante fa  
ciem frigoris eius quis sustinebit **E**si  
tet uerbum suum & liquefaciet ea flabit  
spiritus eius & fluent aque **Q**ui an  
nuntiat uerbum suum iacob iustitias &  
iudicia sua isrl **N**on fecit taliter om  
ni nationi & iusticia sua non manifes  
tauit eis. *Alia.*

**L**audate dominum de  
celis laudate eum in  
excelsis **L**audate eum  
omnes angeli eius lau  
date eum omnes uirtutes eius **L**au  
date eum sol & luna laudate eum om  
nes stelle & lumen **L**audate eum  
celi celorum et aque omnes que se  
per celos sunt laudent nomen dñi  
**Q**uia ipse dixit et facta sunt ipse  
mandauit & creata sunt **S**tatuit  
ea in etelum et in seculum seculi p  
ceptum posuit & non preteribit o  
**L**audate dominum de terra dra  
cones et omnes abyssi **I**gnis gra  
do nix glacies spiritus psellarum que  
faciunt uerbum eius **M**ontes et om  
nes colles ligna fructifera & omnes

cedit. **B**estie & uniuersa pecora ser-  
pentes & uolucres pennate. **R**eges te-  
re et omnes populi principes & omnes  
iudices terre. **I**uuenes et uirgines  
senes cum iunioribus laudent nomen do-  
mini. quia exaltatum est nomen eius so-  
lus. **C**onfessio eius super celum et te-  
ram. & exaltauit cornu populi sui. **H**ymnus omnibus sanctis filijs istius po-  
pulo appropinquanti sibi. *Allia:*

**C**antate domino canticum  
nouum. laus eius in ecclesia  
sanctorum. **L**etetur istus  
in eo quod fecit ei. et filii  
sion exultent in rege suo. **L**audent  
nomen eius in choro in tympano et psal-  
terio psallant ei. **Q**uia beneplacitum  
est domino in populo suo & exaltauit  
manus eius in salutem. **E**xultabunt sanc-  
ti in gloria. **L**etabuntur in cubilibus suis.  
**E**xultationes dei in gutture eorum.  
& gladius accipites in manibus eorum.  
**A**d faciendam in nationibus increpa-  
tiones in populis. **A**d alligandos reges  
eorum in compediibus & nobiles eorum in  
manibus ferreis. **V**t faciant in eis iudi-  
cium consensuum. gloria hec est omnibus  
sanctis eius. *Allia.*

**L**audate dominum in sanctis  
eius. laudate eum in fir-  
mamento uirtutis eius. **L**audate eum in uir-  
tibus eius. laudate eum secundum multitu-  
dinem magnitudinis eius. **L**audate eum  
in sono tubae. laudate eum in psalterio &

cithara. **L**audate eum in tympano & in  
choro. laudate eum in chordis et organo.


**L**audate eum in cymbalis benesonan-  
tibus. laudate eum in cymbalis iubilati-  
onis. omnis spiritus laudet dominum. *Allia.*

**I**UNGAT EPUS  
quos ungit face-  
dotum. immo o-  
chartam non di-  
uidat. quos con-  
ti necit amor.

Commentarios in osee Amos & Zecha-  
riam Malachiam quoque positis. Scripsi  
sem si licuisset pre ualitudine. Mitti-  
tis solatia sumptuum. Notarios nostros  
& librarios sustentatis. ut uobis possi-  
mum nostrum desudet ingenium. Et  
ecce ex latere frequens turba diuersa  
poscentium. quasi aut equum sit me-  
uobis esurentibus & alijs laborare. aut  
in ratione dati et accepti. cuius preter-  
uos obnoxius sum. Itaque longa cogita-  
tione fractus. ne penitus hinc anno re-  
ticerem et apud uos mutuis essem in  
dici opus nomini uestro consecraui in-  
terpretationem uidehede trium Salo-  
mons uoluminum. exasloth. quod he-  
brei parabolis. uulgata autem editio  
prouerbia uocat. coeleth. que græce  
ecclesiasten. latine contionatorem pos-  
sumus dicere. syrasiri. que in lingua  
nostra uertitur canticum canticorum.  
fert & panæctos Iesu filij Syrach.

liber. & alius pseudographus. q̄ sapientia  
Salomonis inscribitur. Quorum priorem  
hebraicum reppen. non ecclesiasticum ut  
apud Latinos sed parabolas prenotatum. **C**  
ui iuncti erant ecclesiastes & canticum ca-  
nticorum. ut similitudinem Salomonis nō  
solum numero librorum. sed etiam māne  
genere coequaret. Secundus apud he-  
breos nūq̄ est. quia & ipse stilus græca  
eloquentiam recolat. et nonnulli scripto-  
rum ueterum. hunc esse iudei philonis  
affirmant. Sicut ergo Iudith & Tobie &  
Machabeorum libros. legit quidem eos  
ecclesia. sed inter canonical scripturas nō  
recipit. sic & hec duo uolumina legat ad  
edificationem plebis. non ad auctorita-  
tem ecclesiasticorum dogmatum confir-  
mandam. Sicut sane septuaginta inter-  
pretum magis editio placet. habet tam-  
a nobis olim emendatum. Neque enim  
noua sic euidimus. ut uetera destruiamus.  
& tamen cum diligentissime legent. sciat  
magis nostra scripta intelli. que nō uer-  
tutum uas transfusa. coaguerint. sed  
statim de p̄lo purissime. commendata  
teste suum saporem seruaerint.

**T**RIBVS NOMIN-  
bus uocatum fuisse Sa-  
lomonem. scripture  
manifestissime docent.  
Pacifium id est Salo-  
monem. et Iudith hoc est dilectum domi-  
ni. & q̄d nunc dicitur coelestis. eccle-  
siasten. Ecclesiastes autem græco sermo-  
ne est appellatus. q̄a coetum id est eccle-  
siam congregat. quem nos nuncupare pos-  
sumus contionatorem. eo q̄ loquatur ad  
populum. & sermo eius non specialiter ad  
unum. sed ad uniuersos dirigit generali-  
ter. Porro pacificus & dilectus domini. i.  
ab eo q̄ regno eius pax fuit. et cum do-  
minus dilexerit appellatus est. Nam et  
psalmus quadragesimus quartus & sepe-  
agesimus primus dilecti et pacifici titulo  
pernotantur. Qui tamen & si ad prophete-  
tiam christi ecclesieq̄ pertinentes felici-  
tatem & uires Salomonis excedunt. ta-  
men secundum historiam sup̄ Salomonem  
scripti sunt. Itaq̄ iuxta numerum uocabu-  
lorum. tria uolumina. edific. pro uerbu.  
ecclesiastes. canticum canticorum. in pro-  
uerbijs paruulum docens & quasi de of-  
ficijs p̄ sententias erudiens. Unde & ad fi-  
lium sermo crebro repetitur. In ecclesias-  
ten uero mature uirum. etatis instituens.  
ne quequam in mundi rebo putet esse  
perpetuum. sed caduca et breuia uniuersa  
que cernimus. Ad exercitium iam con-  
sumatum uirum et calcato seculo pre-  
paratum. in canticis canticorum sponse ui-  
git amplexibus. Nisi enim prius reliqui





Faint, illegible text in the left column, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text in the right column, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



**B**EATISSIMO PATRE DAMASO. Hieronymus. Nouum opus me facere cogis ex ueteri. ut post exempla scripturarum toto orbe dispersa. quasi quidam arbiter. & quae inter se uariant. quae sint illa quae cum graeca sentiant ueritate. decernas. uis labor. sed periculosa presumptio iudicare. de ceteris ipsum ab omnibus iudicandum sensu mutare. linguam. & ex uescentem mundum ad initia retrahere paruulorum. Quis enim doctus pariter & indoctus cum in manus uolumen assumpsit. & a salua quam senel imbibit uiderit discrepare. quae lectat. non statim erumpat in uocem me falsarium. me clamans esse sacrilegum. quae audeam aliquid in ueteribus libris addere. mutare. corrigere. Aduersus quam inuidiam duplici causa me consolatur. quae et tu quae summus sacerdos es fieri iubes. & uerum non esse quod uariat etiam maledicorum testimonio comprobatur. Si enim latinis exemplaribus fides est adhibenda. respondeat quibus tot sunt exemplaria pene quot codices. Si autem ueritas est querenda de pluribus. cur non ad graecam originem reuertentes ea quae uel a uitiosis interpretibus maledicta. uel presumptoribus imperitis emendata. pueris. uel a librariis dormitantibus aut addita sunt. aut mutata corrigimus. Neque uero cogit

de ueteri disputatione testamento. quod a septuaginta senionibus in graecam linguam uersum. tertio gradu ad nos usque puenit. Non quero quod aquilam quid Syriacum cui sapient quae Theodotium. inter nos et ueteres mediis incedat. Sic illa uera interpretatio. quam apostoli probauerunt. De nouo nunc loquor testamento. quod graecum esse non dubium est. excepto apostolo Mattheo. qui primus in iudea euangelij Christus. hebraicis litteris edidit. Hoc certe cum in nouo sermone discordat. & diuersos inuoluntate tramites. ducit. uno de fonte querendus est. Permittito eos codices quos a Luetano hesitio nuncupatores paruulorum hominum asserit. pueris contentio. quibus utique nec in ueteri testamento post septuaginta interpretes emendare quod licuit. nec in nouo profuit emendasse. cum multarum gentium linguas scriptura ante translata doceat. Falsa esse quae addita sunt. Igitur haec praefata uincula pollicetur. quatuor tantum euangelia quorum ordo est iste. Matheus. Marcus. Lucas. Iohannes. codicum graecorum emendata collectio. sed ueterum quae ne multum a lectionis latinae consuetudine discreparet. ita calamo imperauimus. ut his tantum quae sensum uidebantur mutare. correctis reliqua manere pateremur. ut fuerant. Canones quoque quos Caelebius caesariensis episcopus alexandrinum secutus. amonum in decem numeros ordinauit. sicut in graeco habentur expressimus. Quod si quis de curiosis uoluerit nosse. quae in euangelij ut eadem ut uena. uel

sola sit eorum distinctio cognoscatur.  
 Magni siquidem in his codicibus error  
 inoleuit. dum quod in eadem re alius eu-  
 gelista plus dixit in alio quam minus pro-  
 tulerunt addiderunt. ut dum eundem  
 sensum alius aliter expressit. ille qui un-  
 de quattuor primum legitur ad eius exem-  
 plum ceteros quoque estimauerit emenda-  
 dos. unde accidit. ut apud nos mixta  
 sint omnia. & in Marco post Lucas atque  
 Matthei. Rursum in Mattheo post Jo-  
 hannis et Marci. & in ceteris reliquorum  
 que in alijs propria sunt inueniantur.  
 Cum itaque canones legentis qui subiecti con-  
 fusionis errore sublato & similia omni-  
 um scies & singulis sua quoque restitues.  
 In canone primo concordant quattuor  
 Mattheus. Marcus. Lucas. Johannes.  
 In secundo tres. Mattheus. Marcus.  
 Lucas. In tertio tres. Mattheus. Luca-  
 Johannes. In quarto tres. Mattheus. Ma-  
 cul. Johannes. In quinto duo. Mattheus.  
 Lucas. In sexto duo. Mattheus. Marcus.  
 In septimo duo. Mattheus. Johannes. In  
 viii. duo. Lucas. Marcus. In viii. &  
 duo. Lucas. Johannes. In decimo. pro-  
 unusquisque que non habent in alijs edide-  
 runt. Singulis uero euangelis ab uno  
 incipiens usque ad finem librorum dispar-  
 numerus accrescit. Hic nigro colore pro-  
 scriptus sub se habet alium ex minio. &  
 discolorum numerum. qui ad decem usque  
 procedens indicat prior numerum in quo  
 sit canone regredendus. Cum ergo aper-  
 to codice. uerbis illud siue illud  
 capitulum. scire uolueris cuius canonis  
 sit. statim ex subiecto numero docebe-

ris et recurras ad principia in quibus  
 nonum est distincta. congruet. eodem  
 statim canone ex titulo frontis inueni-  
 to. illum quem querebas numero eu-  
 dem euangelis qui & ipse ex inscriptione  
 signat inuenies atque e uicino ceterorum  
 tramitibus inspectis. quos numeros e regi-  
 one habeant adnotabis. & cum scieris  
 recurrere ad uolumina singulorum & sine  
 mora reperis numeros quos ante signa-  
 ueras reperies et loco in quo ut eadem  
 ut uicina dixerunt. Opto ut in christo  
 ualeas et memineris mei papa beatissimi

**P**

LVRES FVI

se qui euangelia scrip-  
 serunt. Lucas eu-  
 gelista testatur di-  
 cens. Quoniam quidem  
 multi conati sunt

ordinare narrationem rerum que in nobis  
 complete sunt sicut tradiderunt nobis  
 qui ab initio ipsi uiderunt sermonem et  
 ministraverunt ei. & pseuerantia usque  
 ad presentis tempus monumenta declarant  
 que a diuersis auctoribus edita diuer-  
 sarum heresum fuerunt principia. ut est  
 illud iuxta egyptios et Thomam et Ma-  
 thiam et Bartholomaeum duodecim quo-  
 que apostolorum et basilidis atque a polimiac  
 reliquorum quos enumerare longissimum  
 est. cum hoc tamen in presentiarum necesse  
 sit dicere extitisse quosdam qui sine spiritu  
 et gratia dei conati sunt magis ordinare  
 narrationem quam historiam texere ueritate.  
 Quibus iure potest illud propheticum coop-  
 tari. Neque presertim de corde suo qui

ambulant post spm suum q dicunt hec  
dicit dominus. et dñs non misit eos. De  
qbus et saluator in euangelio Johannis loq  
tur. Omnes q ante me uenerunt. fures  
fuerunt et latrones. Quenerunt. non  
q missi sunt. Ipse enim ait. Veniebant  
et ego non mittebam eos. In uenientibus  
presumptio temeritatis. in missis obsequi  
seruitutis est. Ecclesia autem que domun  
uoco supra petram fundata est. quam in  
troduxit rex in cubiculum suum. & ad  
quam p foramen descensionis occulte in  
sit. manum suam simili damulo hinnuloq  
ceruore quattuor uolumina paradisi in  
star eructuans quattuor et angulos &  
anulos hēt p quos quasi arca testame  
ti et custos legis dñi lignis mobilibus ue  
bitur. Primus omnium Mattheus est  
publicanus cognomento leui. q euange  
lium in iudea hebreo sermone edidit. i  
ob eor. ut maxime causam q in iesum. i  
crediderant. ex iudeis. et nequa q legis  
umbra secedente euangely ueritatem se  
uabant. Secundus Marcus interpres apłi  
petri & Alexandrine ecclie. primus ep̄  
q dominum qdem saluatorem ipse non  
uidit. sed ea qua audierat magm̄ pre  
dicantem iuxta fidem magis gestorum.  
narravit q̄ ordinem. Tertius Lucas me  
dicus natiōe syrus Antiochenis cuius ex  
uis laus in euangelio. q & ipse discipuly  
apłi Pauli in achate. Bithunieq partibus  
uolumen condidit. quedam altius repo  
tens & ut ipse in prooemio confitetur  
audita magis q̄ uisa describens. Ultimus  
Johannes apłs euangelista quem iesus. i  
amauit plurimum. q̄ super pectus dñi.

recumbens purissima doctrinam fluentia  
potauit & q solus de cruce meruit au  
dire. Eccc mater tua. Is cum esset i Asia  
et iam tunc hereticoꝝ semina pullularet  
eberinthi. lebiōis. et ceteroꝝ q negant i  
chr̄m in carne uenisse. quos & ipse in  
epta sua Antichristos uocat. et apłi Pa  
ulus frequenter percutit. coactus est ab  
omnibus pene tunc asiē episcopis. et mul  
tarum ecclesiarum legationibus de diu  
nitate saluatoris altius scribere. et ad ips  
ut ita dicam dei uerbum. non tam auda  
ci q̄ felici temeritate. prumpere. ut ec  
clesiastica narrat historia. cum a scribis  
cogertur ut scriberet. ita facturum se  
respondisse. si in dicto ieiunio in commu  
ne omnes deum deprecarent. Quo exple  
to reuelatione saturatus in illud poem  
um celo ueniens eructauit. In principio  
erat uerbum et uerbum erat. apud deum  
& dñs erat. uerbum. hoc erat in principio  
apud deum. hec igitur quattuor euan  
gelya multo ante predicta. Et ezechielis  
quoq uolumen pbat. in quo prima uisio  
ita contexta. et in medio similitudo  
quattuor animalium et uultus eor. fa  
cies hominis et facies leonis & facies ui  
tuli & facies aqle. Prima hominis faeies. i  
Mattheum significat. q̄ quasi de homie  
exorsus est scribere. Liber generationis  
iesu chr̄i filij Dauid filij Abraam. Se  
cunda Marcum. in quo uox leonis in  
eremo rugient. audita. Vox claman  
tis in deserto parate uiam dñi rectas  
facite semitas eius. Tertia uituli. que  
euangelistam Lucam a Zacharia sac  
dote sumpsisse initium prefigurat. &

Quarta Johannem euangelistam q̄ assump-  
tis pennis aq̄le & ad altiora festinans de-  
ueto ei disputat. Cetera que sequuntur  
in eundem sensum proficiunt. Cuius cor  
recta & pennati pedes & quocunq̄ sp̄s i-  
ibat. ibant & non reuertebantur. & o-  
dora cor̄ plena oculis et scintille. his b̄  
pedes in medio discurrentes & rota in  
rota in rotam & in singulis quattuor fa-  
cies. Unde et apocalypsis Johannis post ex-  
positionem uiginti quattuor seniorum q̄ te-  
nentes citharas et phylas adorantes ag-  
num dei introducit fulgura atq̄ tonitru-  
& septem sp̄s discurrentes. et mare uitre-  
um & quattuor animalia plena oculis dice-  
numal. primum simile leoni. et secundum  
simile uitulo. & tertium simile homini. &  
quartum simile aq̄le uolanti. Et post  
paululum Plena inq̄ erant oculis. et re-  
gem non habebant die ac nocte dicentia.  
Sanctus sanctus sanctus d̄s deus omipo-  
tens q̄ erat. et q̄ est. & qui uenturus est.  
Quibus cunctis p̄cipue ostendit quattuor  
debere t̄m euangelia suscipit. & omnes  
apocryphorum ueritas mortuis magis heret-  
icis q̄ ecclesiasticis uiuis canendas.

ATTHEVS EX

Judea sicut in ordi-  
ne primus ponitur  
ita euangelium in  
Judea primum scrip-  
sit. cui uocatio ad  
dominum ex publicanis actibus fuit. duo-  
rum in generatione christi principia prefe-  
rens. unus cuius prima circūcisio in ex-

ne. alterius cuius secundum eorū electio fu-  
it. Cuius utriusq̄ in patribus christi. Sicq̄ quate-  
denario numero triformiter posito prin-  
cipium & credendi fidei in electionis tempo-  
poringens. et ex lectione usq̄ in transmigra-  
tionis diem dirigis. atq̄ a transmigrationis  
die usq̄ in christi definitiue decursam. i-  
aduersus d̄ni ostendit generationem. et  
numero satisfaciens et tempori. ut se qd̄  
esse ostenderet. et dei in se opus mon-  
strans etiam in his quorū genus posuit. i-  
christi operantis a principio testimonium  
non negaret. Quarum omnium reze. ter-  
tius. ordo numerus. dispositio. ul. ratio. i-  
qd̄ fidei necessarium est d̄s christi est. q̄  
factus ex muliere. factus sub lege. natus  
ex uirgine. passus in carne. omnia in  
cruce. fixit. ut triumphans ea in semet-  
ipso resurgens in corpore. et patris nome-  
in patribus filio. et filij nomen patri resti-  
tuens in filiis. sine principio. sine fine. i-  
ostendens unum se cum patre esse. quia  
unus est. In quo euangelio utile est de-  
siderantibus deum. sic prima. ut media.  
ut perfecta cognoscere. ut & uocatiōem.  
ap̄ti. & opus euangelij & dilectiōem dei  
in carne nascentis p̄ uniuersa legentes in-  
telligant. atq̄ id in eo in quo reprehen-  
si sunt. & apprehendere appetunt. reco-  
gnoscant. Nobis etiam in hoc studio ar-  
guenti fuit. & fidem facte rei tradere.  
& operantis dei intelligendam diligenter  
esse dispositionem querentibus non tacere.

**M**

ATT HCVS CV

primo predicasset. i. euangelium in iude uolens transire ad gentes primus euangelium scripsit hebreice quod fratribus a quibus ibat ad memoriam reliquit. Sicut enim necesse fuit ad confirmationem fidei euangelium predicare: sic & contra hereticos scribi. Cum autem plures euangelium scripserint quatuor tamen habent auctoritatis testimonium: quia per quattuor mundi partes fidem nuntiant trinitatis & sunt quasi quatuor rote in quadriga domini que uelut eum per predicationem euangelii & genus humanum quadrifida morte peremptum conuertit: erat predicatione uiuificandum unde & aliorum euangelia deciderunt: nec recepta sunt: quia noluerunt presinitum numerum cassari propter uirtutem sacramenti. Designantur etiam euangeliste quattuor figuris: i. que non sunt deceptorie: sed iocundi mysterii sibi conscie. Mattheus in homine intelligitur quia circa humanitatem christi principaliter immoratur.

arcus in leone quia agit de resurrectione: Lucas in utulo agens de sacerdotio. Johannes in aquila scribens sacramenta diuinitatis. Christus uero quem describunt homo fuit de uirgine natus: vitulus in immolatione: leo in resurrectione: aquila in ascensione: et in homine humanitas in utulo sacerdotum: in leone regnum: in aquila exprimitur diuinitatis sacramentum.

IBER. GE  
NERATI  
onis Iesu Chr  
fili dauid fi  
ly abraam.  
Abraam ge  
nuit Isaac. Is  
ac autem ge

nuit Iacob Iacob autem genuit Iudam  
et fratres eius. Iudas autem genuit Pha  
res & Zarah de Thamar. Phares autem  
genuit Esrom. Esrom autem genuit  
Aram. Ara autem genuit Aminadab  
Aminadab autem genuit Naason. Na  
ason autem genuit Salmon. Salmon  
autem genuit Booz de Raab. Booz autem  
genuit Obed ex Ruth. Obed autem ge  
nuit Iesse. Iesse autem genuit Dauid re  
gem. Dauid autem genuit Salomonem  
ex ea que fuit Uriah. Salomon autem  
genuit Roboam. Roboam autem genuit  
Abiam. Abiam autem genuit Asa. Asa  
autem genuit Iosaphat. Iosaphat autem  
genuit Ioram. Ioram autem genuit Ozi

am. Ozias autem genuit Joatham. Joatham  
autem genuit Achaz. Achaz autem  
genuit Ezechiam. Ezechias autem ge  
nuit Manasses. Manasses autem genu  
it Amos. Amos autem genuit Josiam.  
Josias autem genuit Iechoniam et fratres ei  
in transmigratione Babylonis. Et post  
transmigrationem Babylonis Iechonias  
autem genuit Salathiel. Salathiel autem  
genuit Zorobabel. Zorobabel autem  
genuit Abiud. Abiud autem genuit  
Eliachi. Eliachi autem genuit Azor.  
Azor autem genuit Sadoch. Sadoch  
autem genuit Achiz. Achiz autem genu  
it Eliud. Eliud autem genuit Eleazar.  
Eleazar autem genuit Matthan. Mat  
than autem genuit Iacob. Iacob autem  
genuit Ioseph virum Marie de qua na  
tus est Iesus qui vocatur Christus. Omnes itaq  
generationes ab abraam usque ad Dauid  
generationes quattuordecim. & ad Da  
uid usque ad transmigrationem Babylonis  
generationes quattuordecim. & a trans  
migratione Babylonis usque ad Christum ge

nerationes quattuordecim. Christi autem generatio sic erat. Cum esset desponsata mater Jesu Maria Ioseph antequam conuenirent inuenta est in utero habens de spiritu sancto. Ioseph autem uir eius cum esset iustus et nollet eam traducere: noluit occulte dimittere eam. Hec autem eo cogitante: ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph dicens. Ioseph filii Dauid noli timere accipere Mariam conjugem tuam. Quod enim in ea natum est: de spiritu sancto est. Pariet autem filium: et uocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Hec autem totum factum est: ut adimpleretur quod dictum est a domino per prophetam dicentem. Ecce uirgo in utero habebit & pariet filium: et uocabitur nomen eius Emmanuel. quod est interpretatum nobis cum deus. Et currens autem Ioseph a somno fecit sicut precepit angelus domini: & accepit conjugem suam: et non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum: & uocauit nomen eius Iesum.

¶ In natus esset Iesus in Bethleem iude in diebus herodis Regis. ecce magi ab oriente uenerunt in hierosolimam dicentes. Vbi est qui natus est rex iudeorum? Vidimus enim stellam eius in oriente: & uenimus adorare eum. Audiens autem herodes rex turbatus est: & omnis hierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum et scribas populi sciscitabat

ab eis ubi Christus nasceretur. At illi responderunt ei. In Bethleem iude. Sic enim scriptum est per prophetam. Et tu Bethleem terra iuda: nequaquam minima es in principibus iude. Ex te enim exierit dux qui regat populum meum israel. Tunc herodes clam uocatis magis diligenter didicit ab eis tempus stelle que apparuit eis: & mittens illos in Bethleem dixit. Ite & interrogate diligenter de puero: & cum inuenieritis renuntiate mihi: ut et ego ueniens adorem eum. Qui cum audissent regem abierunt. Et ecce stella quam uiderant in oriente antecedebat eos: usque dum ueniens staret supra ubi erat puer. Videntes autem stellam gausi sunt gaudio magno ualde: Et intrantes domum inuenierunt puerum cum Maria matre eius: & prostrantes adorauerunt eum: et aperis thesauris suis obtulerunt ei munera aurum thus & myrrham. Et responso accepto in somniis: ne redirent ad herodem: per aliam uiam reuersi sunt in regionem suam. ¶ Cum recessissent: ecce angelus domini apparuit in somniis Ioseph dicens. Surge & accipe puerum et matrem eius: & fuge in egyptum: & esto ibi usque dum dicam tibi. Futurum est enim: ut herodes querat puerum ad percipiendum eum. ¶ Consurgens accepit puerum & matrem eius nocte: & secessit in egyptum. Et erat ibi usque ad obitum herodis: ut adimpleretur quod dictum est a domino per prophetam dicentem. Ex egypto uocauit filium meum. Tunc herodes uidentis quod illusus esset a magis iratus est ualde: &



mittens occidit omnes pueros q̄ erant  
in Bethlem. & in omnibus finibz eius &  
bimatu & infra. secundum tempus qd̄  
exq̄sierat a magis. Tunc adimpletum ē.  
quod dictum est per hieremiam p̄phe-  
tam dicentem. Vox in Rama audita est.  
ploratus et ululatus multus. Rachel plo-  
rans filios suos. & noluit consolari q̄ n̄  
sunt. Defuncto autem Herode. ecce an-  
gelus d̄ni apparuit. ī somni ioseph in  
egypto dicens. Surge & accipe puerum  
& matrem eius. et uade in terram israhel.  
Defuncti sunt. n̄. q̄ querebant animam p̄-  
eri. Q̄. confurgens accepit puerum et ma-  
trem eius. et uenit in terram israhel. Audi-  
ens autem q̄ Archelaus regnaret in iudea  
p̄ Herode p̄re suo timuit illo ire. et ad in-  
itum ī somni secessit in partes galilee.  
Et ueniens habitauit in ciuitate que uo-  
catur Nazareth. ut adimpleret quod  
dictum est p̄ prophetas. quoniam Na-  
zareus uocabitur.

N diebus autem illis ue-  
nit Iohannes baptista pre-  
dicans in deserto iudee &  
dicens. Pœnitentiam agi-  
te. appropinquabit. n̄. regnū celoz. hic ē  
enim de quo dictum est p̄ Esaiam p̄phe-  
tam dicentem. Vox clamantis in de-  
serto. parate uiam domini. rectas faci-  
te semitas eius. Ipse autem Iohannes ha-  
bebat uestimentum de pilis cameloz.  
& zonam pellicam circa lumbos suos.  
Et sca autem eius erat locuste & mel sil-  
uestre. Tunc exibat ad eum hierosolim̄  
& omnis iudea. et omnis regio circa jo-

danem. & baptizabantur ab eo in ior-  
dane. confitentes peccata sua. Videns  
autem multos phariseoz et saduceoz  
uenientes ad baptismum. dixit eis. Pr̄-  
genies uiparum q̄s demonstrabit uobz  
fugere a uentura ira. Facite. ergo fructum  
dignum pœnitentiae. Et nē uelint  
dicere intra uos. p̄rem habemus a brah̄.  
Dico enim uobis. quoniam potens est de-  
us de lapidibus istis suscitare filios abra-  
ham. cum securis ad radicem arborum.  
posita est. Omnis ergo arbor que non fa-  
cit fructum bonum excidet. et in ignem  
mittetur. Ego qdem baptizo uos in aq̄  
in pœnitentiam. qui autem post me uen-  
turus est. fortior me est. cuius non sū  
dignus calciamenta portare. Ipse uos  
baptizauit in spiritu sancto & igni. Cu-  
ius uentilabrum in manu sua. & p̄mun-  
dabit aream suam. & congregabit tri-  
ticum in horreum suum. paleas autem  
comburet igni inextinguibili. Tunc ue-  
nit Iesus a galilea in iordanem ad Ioha-  
nem. ut baptizaretur ab eo. Iohannes autē  
phibebat eum dicens. Ego a te debeo bap-  
tizari. & tu uenis ad me. Respondens  
autem Iesus dixit ei. Sine mō. Sic enim  
deceat nos implere om̄em iustitiam. Tūc  
dimisit eum. Baptizatus autem Iesus  
confestim ascendit de aqua. Et ecce  
aperti sunt ei celi. & uidit sp̄m dei de-  
scendentem sicut columbam et uenie-  
tem sup se. Et ecce uox de cœlis dicebat  
Hic est filius meus dilectus. in quo  
mibi complacui.

Vne Iesus ductus est in  
desertum a spu. ut tētarety  
a diabolo. & cum ieiunas  
set quadraginta diebus. et  
quadraginta noctibus. postea esurijt. Et  
accedens tentator dicit ei. Si filius dei  
es. dic ut lapides isti panes fiant. Q. respo  
dens dixit. Scriptum est. Non in solo  
pane uiuit homo. sed in omni uerbo qd  
procedit de ore dei. Tunc assumpsit eum  
diabolus in sanctam ciuitatem. & sta  
tuit eum sup pinnaculum templi. et di  
xit ei. Si filius dei es. mitte te deorsus.  
S  
criptum est enim qd angelis suis manda  
uit de te. & in manibus tollent te. ne fo  
te offendas ad lapidem pedem tuum.  
D  
ixit illi Iesus. rursus. Scriptum est. Non  
tentabis dñm deum tuum. Iterum assup  
sit eum diabolus in montem excelsum. &  
ualde. et ostendit ei omnia regna mun  
di & gloriam eorum. et dixit ei. hęc om  
nia tibi dabo. si cadens adoraueris me. Tunc  
dicit ei Iesus. Vade sathana. Scriptum  
est enim dñm deum tuum adorabis. &  
illi soli serues. Tunc reliquit eum diabo  
lus. et ecce angeli accesserunt. & min  
strabant ei. Cum autem audisset Iesus  
qd Iohannes traditus esset. secessit in ga  
lileam. & relicta ciuitate Nazareth. ue  
nit. & habitauit in ciuitate capharnaum in  
rituma in finibus zabulon & neptalim.  
ut adimpleret quod dictum ē per Efa  
iam pphetam. Terra zabulon. & terra  
neptalim. Via maris transiordanem. &  
galilee gentium. populus qd ambulabat  
in tenebris uidit lucem magnam. & se  
dentibus in regione umbre mortis. lux

orta est eis. Ex inde cepit Iesus predi  
care. et dicere. Penitentiam agite. App  
pinquabit enim regnum celorum. & imbr  
lans autem Iesus iuxta mare galilee. ui  
dit duos fratres Simonem. qd uocatur  
Petrus. et Andream fratrem eius mit  
tentes retia in mare. Erant enim piscato  
res. Et ait illis. Venite post me. & fa  
ciam uos fieri piscatores hominum. At  
illi continuo relicta retibus secuti sunt  
eum. Et procedens inde uidit alios duos  
fratres Iacobum zebedei & Iohannem.  
fratrem eius in nauis cum zebedeo patre  
eorum. reficientes retia sua. & uocauit eos.  
Illi autem statim relicta retibus & patre  
secuti sunt eum. Et circuebat Iesus to  
tam galileam docens in synagogis eorum.  
& predicans euangelium regni. & san  
ans omnem languorem. et omnem infir  
mitatem in populo. Et abiit opinio  
eius in totam syriam. et obtulerunt ei  
omnes male habentes uarijs languoribus  
& tormentis comprehensos. et qd demo  
nia habebant. et lunaticos & paralyticos  
& curauit eos. Et secuti sunt eum tur  
be multe de galilea & de capoli. et  
de hierosolymis. et de iudea. et de trans  
iordanem.

Ideus autem Iesus tur  
bas ascendit in montem.  
& cum sedisset. accesserunt  
ad eum discipuli eius. et  
apientis os suum docebat eos dicens. Be  
ati pauperes spiritu. qm ipsorum est re  
gnum celorum. Beati mites. qm ipsi pos  
sident terram. Beati qd lugent. qm

ipsi consolabuntur. Beati q̄ esuriunt & si-  
tiunt iustitiam quoniam ipsi saturabuntur.  
Beati misericordes quoniam ipsi misericordia  
consequentur. Beati mundo corde quoniam  
ipsi deum uidebunt. Beati pacifici quoniam  
filij dei uocabuntur. Beati q̄ perse-  
cutionem patiuntur pro iustitia quoniam  
ipsorum est regnum celorum. Beati  
estis cum maledixerint uobis homines  
& persecuti uos fuerint & dixerint om-  
ne malum aduersum uos mentientes  
propter me. Gaudete & exultate quoniam  
num merces uestra copiosa est in celis.  
Sic enim persecuti sunt prophetas q̄ fuerunt  
ante uos. Vos estis sal terre. Quod si sal  
cuanuerit in quo salietur. Ad nihil uale-  
t ultra nisi ut mittat foras & con-  
culcet ab hominibus. Vos estis lux mun-  
di. Non potest ciuitas abscondi supra  
montem posita neq̄ accendunt lucer-  
nam et ponunt eam sub modio sed supe-  
candelabre ut luceat omnibus q̄ in do-  
mo sunt. Sic luceat lux uestra coram ho-  
minibus ut uideant opera uestra bona &  
glorificent patrem uestrum q̄ in celis est.  
Nolite putare quoniam ueni soluere legem  
aut prophetas. Non ueni soluere sed adim-  
plere. Amen quippe dico uobis donec  
transierit celum & terram iota unum  
aut apex unus non preteribit a lege  
donec omnia fiant. Ergo soluerit u-  
num de mandatis istis minimis et doc-  
erit sic homines minimus uocabitur in  
regno celorum q̄ aut fecerit & doc-  
erit hic magnus uocabitur in regno  
celorum. Dico autem uobis quia nisi ab-  
dauerit iustitia uestra plusq̄ scribarum

& phariseorum non intrabit in regnum ce-  
lorum. Audistis quia dictum est anti-  
qs̄ non occides q̄ autem occiderit reus  
erit iudicio. Ego autem dico uobis quia  
omnis q̄ irascitur fratri suo reus erit iu-  
dicio. Q̄ autem dixerit fratri suo rax-  
cha reus erit concilio. Qui autem dice-  
rit fatue reus erit gehenne ignis. Si er-  
go offers munus tuum ad altare et ibi  
recordatus fueris quia frater tuus habet  
aliquid aduersum te relinque ibi munus  
tuum ante altare & uade prius recon-  
ciliari fratri tuo et tunc ueniens offers  
munus tuum. Esto consentiens aduer-  
sario tuo cito dum es in uia cum eo ne  
forte tradat te aduersarius iudici et iu-  
dex tradat te ministro & in carcerem  
mittaris. Amen amen dico tibi non exi-  
es inde donec reddas nouissimum qua-  
drantem. Audistis quia dictum est an-  
tiqs̄ non mechaberis. Ego autem dico  
uobis quia omnis qui uiderit mulierem  
ad concupiscendum eam iam mechatus  
est eam in corde suo. Quod si oculus  
tuus dexter scandalizat te erue eum  
& proice ab te. Expedi enim tibi ut pe-  
reat unum membrorum tuorum q̄ totum  
corpus tuum mittat in gehennam ignis.  
Et si dextera manus tua scandalizat  
te abscede eam & proice ab te. Expe-  
dit enim tibi ut peat unum membro-  
rum tuorum q̄ totum corpus tuum eat  
in gehennam. Dicitur est autem q̄  
cumq̄ dimiserit uxorem suam det q̄  
libellum repudij. Ego autem dico uo-  
bis quia omnis qui dimiserit uxorem  
suam excepta fornicationis causa fa-

cit eam mechari. & q dimissam duxerit  
adulterat. Item audistis qd dictum est  
antiqs non iurabis reedes autem dno  
iuramenta tua. Ego autem dico uobis  
non iurare omnino neq p celum. qd  
thronus dei est. neq p terram quia sex  
bellum est pedum eius. neq per hieroso  
lymam quia ciuitas est magni regis. neq  
p caput tuum iuraueris qd non potes  
unum capillum album facere aut nigre.  
S it autem sermo uester est e. non nose  
qd autem his abundantius est. a malo e.  
Audistis qd dictum est oculus p oculo.  
dente p dente. Ego autem dico uobi  
non resistere malo. sed siqs te passert  
in dexteram maxillam tuam. prebe illi  
& alteram. et ei q uult tecum in iudi  
cio contendere & tunicam tuam tolle  
re. dimitte ei & pallium. & quicunq  
te angariauerit mille passus. uade cu  
illo & alia duo. Q. autem petit a te. da  
ei et uolenti mutuare a te. ne auerta  
ris. Audistis qd dictum est. dilige pro  
ximum tuum. et odio habebis inimicum  
tuum. Ego autem dico uobis. dilige  
inimicos uestros. benefacite his q oderit  
uos. & orate p persecutores & calumni  
antes uos. ut sitis filij patris uestri qui  
in celis est. q solem suum oriri facit sup  
bonos & malos. & pluit sup iustos & in  
iustos. Si n. diligitis eos q uos diligut  
quam mercedem habebitis. Nonne e  
publicani hec faciunt. Et si salutauerit  
frs uestros tantum. qd amplius facti.  
Nonne et ethnici hec faciunt. Et note e.  
ego uos pfecti sicut & pater uester cele  
stis perfectus est.

Tendite ne iustitiam fa  
ciatis uram coram homini  
bus ut uideamini ab eis  
alioqn mercedem non ha  
bebitis apud patrem uram q in celis est.  
Cum ergo facis elemosynam. noli tuba  
canere ante te. sicut hypocrite faciunt  
in synagogis & in uicis ut honorificent  
ab hominibus. Amen amen dico uobis. re  
ceperunt mercedem suam. Te autem fa  
ciente elemosynam. nesciat sinistra tua  
qd faciat dextera tua. ut sit elemosy  
na tua in abscondito. & pater tuus q  
uidet in abscondito reddet tibi. Et  
cum oratis non eritis sicut hypocrite q  
amant in synagogis et in angulis plate  
arum stantes orare. ut uideant ab ho  
minibus. Amen amen dico uobis. rece  
perunt mercedem suam. Tu autem cum  
oraueris intra in cubiculum tuum & cl  
uso ostio ora patrem tuum in abscondito  
& pater tuus q uidet in abscondito red  
det tibi. Orantes autem nolite mule  
loq. sicut ethnici faciunt. Putant. n.  
q in multiloquio suo exaudiant. Nolite  
ergo assimilari eis. Scit enim pater ur  
qd opus sit uobis anteq petatis eum.  
Sic ergo uos orabit. Pater noster q es  
in celis. sanctificetur nomen tuum. Ad  
ueniat regnum tuum. fiat uoluntas tu  
sicut in celo & in terra. Panem uram sup  
substantialem da nobis hodie. & dimitte  
nobis debita nra. sicut & nos dimittam  
debitonibus nris. Et ne nos inducas in te  
tationem. sed libera nos a malo. Amen.  
Si enim dimiseritis hominibus peccata eo

rum / dimitte & uobis patet uester ce-  
lestis delicta ura. Si autem non dimi-  
seritis hominibus / nec pater dimitte  
uobis peccata ura. Cum autem iuua-  
tis nolite fieri sicut hypocrite tristes. /  
E xterminant enim facies suas ut pareant  
hominibus ieiunantes. Amen dico uobis  
quia receperunt mercedem suam. Tu autem  
cum ieiunas unge caput tuum / & faciem  
tuam laua / ne uidearis hominibus ieiunans  
sed pater tuo qui est in abscondito / et pater  
tuus qui uidet in abscondito reddet tibi.  
N olite thesaurizare uobis thesauros in ter-  
ra ubi erugo & tinea demolitur / et ubi  
fures effodiunt & furant. Thesaurizzate  
autem uobis thesauros in celo / ubi nec er-  
ugo nec tinea demolitur / & ubi fures non  
effodiunt nec furantur. Vbi est thesa-  
urus tuus / ibi est & cor tuum. Luce-  
na corporis tui est oculus tuus. Si oculus  
tuus fuerit simplex totum corpus tuum  
lucidum erit. Si autem oculus tuus fue-  
rit nequam totum corpus tuum tenebro-  
sum erit. Si ergo lumen quod in te est  
tenebre sunt / ipse tenebre que erunt.  
Nemo potest duobus dominis seruire. Aut ni-  
unum odio habebit et alterum diliget  
aut unum sustinebit & alterum con-  
temnet. Non potestis deo seruire et  
mammona. Ideo dico uobis / ne solliciti  
sitis anime uestrae quod manducetis / neque  
corpori uestro quod induamini. Nonne  
anima plus est quam esca / & corpus plusquam  
uestimentum. Respicite uolatilia que  
non serunt / neque metunt / neque congregant  
in horrea / et pater uestrae celestis pascat il-  
la. Nonne uos magis pluris estis illis.

Quis autem uestrum cogitans potest adijcere  
ad staturam suam cubitum unum. Et  
de uestimentis quod solliciti estis. Consi-  
derate lilia agri quomodo crescunt. Non  
laborant / neque nent. Dico autem uobis /  
quoniam nec Salomon in omni gloria sua  
coopertus est sicut unum ex istis. Si in  
foenum agri quod hodie est / & cras in cli-  
banum mittit deus sic uestit quomodo magis  
uos modice fidei. Nolite ergo solliciti esse  
dicentes / quod manducabimus / aut quod bi-  
bemus / aut quo operiemur. hec enim /  
omnia gentes inquirunt. Sed enim pater  
uester quia his omnibus indigetis. Quercite  
ergo primum regnum dei et iustitiam  
eius / & hec omnia adiacentia uobis. No-  
lite ergo solliciti esse in crastinum. Cra-  
stinus enim dies sollicitus erit sibi ipse.  
Sufficiat diei malitia sua.

Nolite iudicare & non iu-  
dicabimini / nolite conde-  
nare & non condemnabi-  
mini. In quo enim iudicio  
iudicaueritis iudicabimini / & in qua me-  
sura mensi fueritis remetietur uobis. /  
Quod autem uidet festucam in oculo fratris  
tui / & trabem in oculo tuo non uidet.  
Aut quod dicit fratri tuo / frater sine tuam  
festucam de oculo tuo / & ecce trabs est  
in oculo tuo / hypocrita ecce primum  
trabem de oculo tuo / & tunc uidebis ey-  
cere festucam de oculo fratris tui. Nolite  
sanctum dare canibus / neque mittatis mar-  
garitas uestras ante porcos / ne forte con-  
culcent eas pedibus suis / & canes conue-  
si dirumpant uos. Petite et dabit uobis.

querite & inuenietis. pulsate & aperiet  
uobis. Omnis enim q̄ petit accipit. & q̄  
querit inuenit. & pulsanti aperietur.  
ut quis est ex uobis homo quem si pete  
rit filius suus panem. nunquid lapidem  
porriget ei. Aut si piscem petierit. nu  
quid serpentem porriget ei. Si ergo uos  
cum sitis mali. nostis bona dare fili  
is uiris. q̄to magis pater uerū q̄ in celis est  
dabit bona petentibus se. Omnia ergo q̄  
cunq̄ uultis ut faciant uobis homines. et  
uos facite illis. hec est enim lex et p̄phete  
i ntrate per angustam portam. q̄a lata por  
ta & spatioſa uia. que ducit ad perditionē  
& multi sunt q̄ intant p̄ eam. Quam an  
gusta porta et arcta uia est que ducit ad  
uitam. & pauca sunt q̄ inueniunt eam.  
Tendite a falsis p̄phetis qui ueniunt  
ad uos in uestimentis ouium. intrinsecus  
autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorū  
cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spi  
nis uuas. aut de tribulis ficus. Sic om̄is  
arbor bona fructus bonos facit. mala autē  
arbor. malos fructus facit. Non potest  
autem arbor mala bonos fructus facere.  
neq̄ arbor bona malos fructus facere. Et  
om̄is arbor que non facit fructum bonū  
excidetur. et in ignem mittetur. Igitur  
ex fructibus eorū cognoscetis eos. Non om̄  
nis q̄ dicit mihi domine dñe. intrabit in  
regnum celoz. sed q̄ facit uoluntatem  
p̄ris mei q̄ in celis qui in celis est. ipse  
intrabit in regnum celoz. Multi dicent  
mihi in illa die. Domine dñe. nonne in  
nomine tuo p̄phetabimus. & in nomine  
tuo demonia eiamus. et in tuo nomine  
uirutes multas fecimus. & tunc con

fitur illis quia nunquid noui uos. Disce  
dite a me omnes q̄ operamini iniquitates  
Omnis ergo q̄ audit uerba mea hec. et  
facit ea. assimilabitur uiro sapienti q̄  
edificauit domum suam supra petram.  
& descendit pluuia & uenerunt flu  
mina. & flauerunt uenti. & irruerunt  
in domum illam. & non cecidit. Funda  
ta. n. erat sup petram. Et omnis q̄ au  
dit uerba mea hec & non facit ea. sim  
lis erit uiro stulto. q̄ edificauit domū  
suam super harenam. & descendit pluui  
& uenerunt flumina. et flauerunt ue  
ti. & irruerunt in domum illam. et ceci  
dit. & fuit ruina eius magna. Et factū  
est cum consumasset Iesus uerba hec. ad  
mirabantur turbę sup doctrinam eius.  
Erat enim docens eos sicut potestatem  
habens. et non sicut scribę eorū & pharisę.

¶ Vm autem descendisset  
Iesus de monte. secute sunt  
eum turbę multe. & ecce  
leprosus ueniens adorabat  
eum dicens. Domine si uis potes me mu  
dare. Et extendens Iesus manum. te  
tigit eum dicens. Nolo. Mundare. Et  
confestim mundata est lepra eius. Et  
ait illi Iesus. Vide. nemini dixeris. sed  
tunc ostende te sacerdoti. & offeret in  
uis tuum quod precepit Moyses in  
testimonio illis. Cum autem introi  
seret capharnaum. accessit ad eum Cere  
tius. rogans eum & dicens. Domine  
puer meus iacet in domo paralyticus &  
male torquetur. Et ait illi Iesus. Ego  
ueniam & curabo eum. Et respondit

Centurio ait. Domine non sum dignus  
ut intres sub tectum meum sed tantus  
die uerbo & sanabitur puer meus. Nam  
& ego homo sum sub potestate constitu-  
tus habens sub me milites. et dico huic  
Vade & uadit. & alio ueni et uenit.  
& seruo meo fac hoc & facit. Audiens  
autem Iesus miratus est. & sequentibus  
se dixit. Amen amen dico uobis non  
inueni tantam fidem in Israel. Dico autem  
uobis. quod multi ab oriente et occidente  
uenient & recumbent cum Abraham &  
Isaac & Iacob in regno celorum. filii autem  
regni eicientur in tenebras exteriores. Ibi  
erit fletus & stridor dentium. Et dixit  
Iesus Centurioni. Vade & sicut credi-  
disti fiat tibi. Et sanatus est puer ex  
illa hora. Et cum uenisset Iesus in do-  
mum Petri uidit socrum eius iacentem  
& febriçantem & tetigit manum eius  
et dimisit eam febris. & surrexit & mi-  
nistrabat eis. Vespere autem facto ob-  
tulerunt ei multos demonia habentes. et ei  
icebat spiritus uerbo & omnes male habentes  
curauit. ut adimpleret quod dictum  
est per Esaiam prophetam dicentem. Ipse in-  
firmitates nostras accepit. et egrotatio-  
nes nostras portauit. Videns autem Iesus tur-  
bas multas circum se. iussit discipulo  
ire trans fretum. Et accedens unus scri-  
ba ait illi. Magister sequar te quocumque  
ieris. Et dicit ei Iesus. Vulpes foueas  
habent. & uolucres caeli nidus. filius au-  
tem hominis non habet ubi caput suum re-  
clinat. Alius autem de discipulis eius  
ait illi. Domine permitte me primum ire  
& sepellire patrem meum. Iesus autem ait.

illi. Sequere me & dimitte mortuos se-  
pellere mortuos suos. Et ascendente eo  
in nauiculam secuti sunt cum discipuli eius  
& ecce motus magnus factus est in ma-  
ri. ita ut nauicula operiret fluctibus. Ipse  
uero dormiebat. Et accesserunt ad eum  
discipuli eius & suscitauerunt eum di-  
centes. Domine salua nos nunc. Et di-  
xit eis Iesus. Quid timidi estis modice fi-  
dei. Tunc surgens impauit uentis & in-  
ri & facta est tranquillitas magna. Por-  
ro homines mirati sunt dicentes. Quare  
si qua mare & uenti obediunt ei. Et cum  
uenissent Iesus trans fretum in regionem  
gerazenor. occurrerunt ei duo habentes  
demonia de monumentis exeuntes  
secum nimis. ita ut nemo possit transire  
per uiam illam. Et ecce clamauerunt di-  
centes. Quid nobis & tibi Iesu fili dei.  
Uenisti huc ante tempus torquere nos.  
Erat autem non longe ab illis grex  
multorum porcorum pascentium. Demones autem  
rogabant eum dicentes. Si exis nos hinc  
mille nos in gregem porcorum. Et ait  
illis. Ite. Et illi exeuntes abierunt in  
porcos. Et ecce magno impetu abiit to-  
tus grex per precipitium in mare & mor-  
tui sunt in aquis. Pastores autem fugerunt  
& uenientes in ciuitatem nuntia-  
uerunt haec omnia & de his quod demo-  
nia abierant. Et ecce tota ciuitas con-  
uenit obviam Iesu. & uiso eo rogabant eum  
transire. a sinibus eorum.

Ascendens Iesus in nauiculam trans fretum & uenit in ciuitatem suam. Et

ecce offerrebant ei paralyticum iacentem  
in lecto. Videns autem Iesus fidem illo-  
rum dixit paralytico. Confide fili. re-  
mittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam  
de scribis dixerunt intra se. hic blasphemat.  
Et cum uideret Iesus cogitationes  
eorum dixit. Ut quid cogitatis mala in cordibus  
uestris. Quod est facilius dicere. et  
dimittere tibi peccata tua. an dicere  
surge & ambula. Ut autem sciat quod  
filius hominis habet potestatem in terra  
dimittendi peccata. Tunc ait paralytico.  
Surge tolle lectum tuum & uade in domum  
tuam. Et surrexit et abiit in domum suam.  
Videntes autem turbae timuerunt & glorificauerunt  
deum qui dedit potestatem talem hominibus.  
Et cum transiret inde Iesus uidit  
hominem sedentem in teloneo Matthaeum  
nomine. Et ait illi. Sequere me.  
Et surgens secutus est eum. Et factum  
est discumbente eo in domo ecce publicani  
& peccatores uenientes discumbant cum Iesu  
& discipulis eius. Et uidentes pharisei dicebant  
discipulis eius. Quare cum publicanis & peccatoribus  
maxime ducat magister uerum. At Iesus audiens  
ait. Non est opus ualentibus medicari  
sed male habentibus. Euntibus autem  
discite quod est misericordiam uolo & non  
sacrificium. Non enim ueni uocare iustos  
sed peccatores. Tunc accesserunt ad eum  
discipuli Iohannis dicentes. Quare nos &  
pharisei ieiunamus frequenter. discipuli  
autem tui non ieiunant. Et ait illis Iesus.  
Congregatis autem phariseis interro-  
gauit eos dicens. Quid uobis uidetur  
de christo cuius filius est? Dicunt ei  
Dauid. Ait illi. Quomodo ergo Dauid  
in spiritu uocat eum dominum dicens.  
Dixit dominus domino meo sedere a dextris  
meis. Donec ponam inimicos tuos sex-  
bellum pedum tuorum. Si ergo Dauid  
uocat eum dominum. quomodo filius eius  
est? Et nemo poterat ei respondere  
uerbum. neque ausus fuit quisquam ex il-  
la die eum amplius interrogare.

Vnc Iesus locutus est ad  
turbas. & ad discipulos suos  
dicens. Super cathedram  
Moysi sederunt o

scribe & pharisei. Omnia ergo quecu-  
q; dixerint uobis seruate & facite: se-  
cundum opa uero eorum nolite facere:  
D icunt enim & non faciunt. Alligant  
autem onera graua et importabilia  
et imponunt in humeros hominum. et  
digito autem suo nolunt ea mouere:  
O mnia uero opera sua faciunt ut uide-  
antur ab hominibus. Dilatant enim phyl-  
tera sua & magnificant fimbrias. Amant  
autem primos recubitus in coenis. et  
primas cathedras in synagogis. et salu-  
tationes in foro. & uocari ab hominibus  
rabbi. Vos autem nolite uocari rabbi.  
V nus est enim magister uester. omne  
autem uos fratres estis. Et patrem nolite  
uocare uobis super terram. vnus est n-  
pater ur̄ q; in celis est. Nec uocemini  
in magri. quia magister uester unus  
est Christus. Qui maior est ur̄m erit mini-  
ster uester. Qui autem se exaltaue-  
rit humiliabit. et q; se humiliauerit  
exaltabit. Ve autem uobis scribe &  
pharisei hypocrite q; clauditis regnum  
celorum ante homines. Vos enim non  
intratis. nec introcuntes similes intrare:  
V e uobis scribe & pharisei hypocrite q;  
comeditis domos uiduarum. orationes lo-  
gas propter hoc amplius accipietis iudicium.  
V e uobis scribe & pharisei hypocrite q;  
circumtis mare et aridam. ut faciatis  
unum piscitum. & cum fuerit factus  
facitis eum filium gabenne. duplo  
q; uos. Ve uobis duces cæci q; dicitis  
quicunq; iurauerit pro templo nihil est.  
qui autem iurauerit in auro templi. et  
debitor est. Stulti & cæci. quid enim

maius est aure. an templum quod sancti-  
ficat aurum. Et quicunq; iurauerit  
in altari nihil est. quicunq; autem iu-  
rauerit in dono quod est super illud debet.  
Cæci quid enim. maius est donum. an altar.  
re. quod sanctificat donum. Qui ergo  
iurat in altari. iurat in eo et in omnibus  
que super illud sunt. Et quicunq; iuraue-  
rit in templo. iurat in illo & in eo quod  
habitat in ipso. Et qui iurat in celo. iu-  
rat in throno dei. et in eo quod sedet  
super eum. Ve uobis scribe & pharisei  
hypocrite. q; decimatis mentam. et ane-  
thum. et cyminum. & reliquias que  
grauiora sunt. legis iudicium et mise-  
ricordiam & fidem. Hæc oportuit  
facere. & illa non omittere. Duces cæ-  
ci excolantes culicem. camelum autem  
glutientes. Ve uobis scribe & phari-  
sei hypocrite q; mundatis quod de foris  
est calcis & parapsidis. intus autem  
pleni estis rapina & immunditia. Pha-  
risei. ecce. munda prius quod intus est cal-  
cis et parapsidis. ut fiat & id quod de  
foris est mundum. Ve uobis scribe &  
pharisei hypocrite. quia similes estis se-  
pulchris dealbatis. que a foris parent  
hominibus speciosa. intus uero pleni  
sunt ossibus mortuorum. et omni spur-  
citia. Sic & uos a foris quidem parentis  
hominibus iusti. intus autem pleni estis  
hypocriti & iniquitate. Ve uobis scribe  
& pharisei hypocrite. q; edificatis se-  
pulchra prophetarum. et ornatis monumē-  
ta iustorum. et dicitis. Si fuissetis  
in diebus patrum nostrorum. non esse-  
mus socij eorum in sanguine prophetarum.

1 itaq. testimonio estis uobismetipsis. i  
qa filij estis eorum q. prophetas occi-  
derunt. Et uos implete mensuram pa-  
trum uestrorum. Serpentes genuina  
uiperarum. quomodo fugietis a iudi-  
cio gehenne? Ideo dico uobis. Ecce  
ego mitto ad uos prophetas & sapien-  
tes & scribas & ex illis occidatis et  
crucifigatis et ex eis flagellabitis in  
synagogis ur̄is & q. sequimini de ciui-  
tate in ciuitatem ut ueniat sup uos  
omnis sanguis iustus q. effusus est su-  
p terram a sanguine Abel iusti usque  
ad sanguinem Zacharie filij Barachie  
quem occidistis inter templum & al-  
tare. Amen dico uobis. uenient hec  
omnia sup generationem istam. Hieru-  
salem hierusalem que occidis ppheta  
& lapidas eos q. ad te missi sunt quo-  
tiens uolui congregare filios tuos que  
admodum gallina congregat pullos  
suos sub alas & noluit. Ecce relinq-  
tur uobis domus ur̄a deserta. Dico n.  
uobis non me uidebitis amodo donec  
dicatis. Benedictus qui uenit in  
nomine domini.

T egressus Iesus de tem-  
plo ibat. Et accesserunt  
discipuli eius ut ostende-  
rent ei edificationem te-  
pli. Ipse autem respondens dixit illis  
id estis hec omnia. Amen dico uobis.  
non relinquet hic lapis sup lapidem  
q. non destruatur. Sedente autem  
eo sup montem oliueti. accesserunt ad  
eum discipuli secreto dicentes. Dic no

bis qm̄ hec erunt. et quod signum adue-  
tus tui. et consumationis seculi. Et re-  
spondens Iesus dixit eis. Videte ne qd  
uos seducat. Multi enim uenient in  
nomine meo dicentes. ego sum chris-  
tus & multos seducunt. Audiat enim  
estis p̄cha et opinioes plurimum. uide-  
te ne turbemini. Oportet enim hec fie-  
ri. sed nondum est finis. Consurget  
enim gens in gentem & regnum in re-  
gnum. et erunt pestilentie & fames. et  
terremotus p̄ loca. hec autem omnia  
initia sunt dolorum. Tunc tradent uos  
in tribulatione et occident uos. et eritis  
odio omnibus gentibus p̄ nomen meum.  
Et tunc scandalizabuntur et inuicem  
tradent. et odio habebunt inuicem. Et  
multi pseudo prophete surgent & sedu-  
cent multos. & quoniam abundabit  
iniquitas. refrigeret charitas multorum.  
Qui autem perseverauerit usq. in finem. hic  
saluus erit. Et predicabitur hec euange-  
lium regni in uniuerso orbe in testimo-  
nium omnibus gentibus. et tunc ueniet  
consumatio. Cum ergo uideritis abom-  
nationem desolationis que dicta est a Da-  
niel propheta stantem in loco sancto q.  
legit intelligat. Tunc q. in iudea sunt  
fugiant ad montes. & qui in tecto non  
descendant tollere aliqui de domo sua  
& q. in agro non reuertatur tollere ty-  
niam suam. Ne autem pregnantibus et  
nutrientibus in illis diebus. Orate autem  
ut non fiat fuga uestra hyeme ut sabba-  
to. Erunt enim tunc tribulatio magna  
qualis non fuit ab initio mundi usque  
modo neq. fiet. Et nisi breuitati fuis

sent dies illi. non fiet filius omnis caro  
sed pp electos breuiabunt dies illi. Tunc  
signis uobis dixerit. Ecce hic est Christus  
aut illic. nolite credere. Surgent enim  
pseudo christi. & pseudo prophete. et da-  
bunt signa magna et prodigia. ita ut in  
errorem inducantur si fieri potest etiam  
electi. Ecce praedixi uobis. Si ergo di-  
xerint uobis. ecce in deserto est. nolite  
exire. Ecce in penetralibus. nolite cre-  
dere. Sicut enim fulgur exiit ab orien-  
te. & patet usque in occidentem. ita erit  
et aduentus filij hominis. & ubicunq;  
fuerit corpus illuc congregabuntur  
& aequales. Statim autem post tribulatio-  
nem dierum illo tempore sol obscurabitur. et  
luna non dabit lumen suum. & stellae  
cadent de caelo. & uirtutes caelorum.  
commouebuntur. & tunc patebit signum  
filij hominis in caelo. & tunc plangent  
omnes tribus terrae. et uidebunt filium  
hominis uenientem in nubibus caeli cum  
uirtute multa et maiestate. Et mit-  
tet angelos suos cum tuba. & uoce ma-  
gna. et congregabunt electos eius a  
quattuor uentis. a summis caelorum usque  
ad terminos eorum. Ab arbore autem  
ficus discite parabolam. cum iam ramos  
eius tener fuerit. & folia nata. scitis quia  
prope est aestas. Ita & uos cum uideri-  
tis haec omnia. scitote quia prope est in-  
uanius. Amen dico uobis. quia non pre-  
teribit generatio haec. donec omnia fi-  
ant. Caelum & terra transibunt. uer-  
ba autem mea non preteribunt. De die  
autem illa & hora nemo scit. neque ange-  
li caelorum. nisi pater solus. Sicut autem

in diebus Noe. ita erit & aduentus  
filij hominis. Sicut autem enim erant in di-  
ebus ante diluuium comedentes et bi-  
bentes. nubentes & nuptias tradentes.  
usque ad eum diem quo intrauit Noe  
in arcam. & non cognouerunt. donec  
uenit diluuium. et tulit omnes. ita erit  
& aduentus filij hominis. Tunc duo  
erunt in agro. unus assumet. & unus  
relinquetur. Duo molentes in mola ti-  
na assumet. & una relinquetur. Duo in  
lecto. unus assumet. & unus relinque-  
tur. Vigilate ergo quia nescitis qua hora  
dominus uester uenturus sit. Illud autem  
scitote. quoniam si sciret paterfamilias quae  
hora fur uenturus esset. uigilaret utique  
& non sineret profecti domum suam. Ideo  
et uos estote parati. quia quia nescitis hor-  
um filius hominis uenturus est. Quis putas  
est fidelis seruus et prudens quem  
constituit dominus supra familiam. ut da-  
et illis cibum in tempore. Beatus ille ser-  
uus quem cum uenerit dominus eius inue-  
nerit sic facientem. Amen dico uobis.  
quoniam super omnia bona sua constituet eum.  
Si autem dixerit malus seruus ille in  
corde suo. moram facit dominus meus ue-  
nire. & coeperit peccare. conseruos ser-  
uos manducare. autem & bibit cum ebr-  
iosis. ueniet dominus serui illius in die quem  
non sperat. & hora qua ignorat. & di-  
uidet eum partemque eius ponet cum  
hypocritis. illic erit fletus & stridor  
dentium.

¶ Vne simile erit regnum  
celorum decem uirginibus  
quæ accipientes lampades  
suas exierunt obuiam spon-  
so & sponse. Quinq; autem ex eis erant  
fatue & quinq; prudentes. Sed quæ  
fatue accepit lampadibus non sumpsit  
oleum secum. Prudentes uero acceperunt  
oleum in uasis suis cum lampadibus. ¶  
¶ **M**oram autem faciente sponso dormita-  
uerunt omnes & dormierunt. Media  
autem nocte clamor factus est. ecce spon-  
sus uenit. exiit obuiam ei. Tunc surrex-  
erunt omnes uirgines illæ & ornauerunt  
lampades suas. Fatue autem sapientibus  
dixerunt. Date nobis de oleo uestro  
quia lampades nostre extinguuntur. Re-  
sponderunt prudentes dicentes. Ne  
forte non sufficiat nobis & uobis. ite-  
potius ad uendentes. et emite uobis. ¶  
¶ **D**um autem irent emere. uenit sponsus  
& quæ paratæ erant intrauerunt cum  
eo ad nuptias et clausa est ianua. No-  
uissimæ uero ueniunt & reliquæ uir-  
gines dicentes. Domine dñe. aperi no-  
bis. At ille respondens ait. Amen di-  
co uobis nescio uos. Vigilate itaq; quia  
nescitis diem neq; horam. Sicut enim  
homo peregre proficiscens uocauit ser-  
uos suos & tradidit illis bona sua. Et  
uni dedit quinq; talenta. alij autem i  
duo. alij uero unum. unicusq; secundum  
propriam uirtutem. et profectus est sta-  
tum. Abijt autem q; quinq; talenta ac-  
cepit & operatus est in eis & lucratus  
est alia quinq;. Similiter q; duo acce-  
perat. lucratus est alia duo. Qui autem

unum accepit. abiens fedit in terram  
& abscondit pecuniam dñi sui. Post  
multum uero temporis uenit dñs ser-  
uorum illorum & posuit rationem i  
cum eis. Et accedens q; quinq; talenta  
accepit. obtulit alia quinq; talenta di-  
cens. Domine quinq; talenta tradidisti  
mibi. ecce alia quinq; suplueratus sum.  
Ait illi dñs eius. Euge serue bone &  
fidelis q; super pauca fuisti fidelis. super  
multa te constituam. intra in gaudium  
domini tui. Accessit autem et q; duo  
talenta accepit. et ait. Domine duo ta-  
lenta tradidisti mihi. ecce alia duo  
lucratum sum. Ait illi dñs eius. Euge  
serue bone & fidelis quia super pauca  
fuisti fidelis. super multa te constitu-  
am. intra in gaudium dñi tui. Acces-  
dens autem & q; unum talentum accepe-  
rat ait. Domine scio quia homo durus es.  
metis ubi non seminasti. et congregasti  
ubi non sparsisti. et timentis abijt & absco-  
di talentum tuum in terra. Ecce habes  
quod tuum est. Respondens autem  
dominus eius dixit ei. Serue male &  
pigri. sciebas quia meto ubi non semino  
et congrego ubi non sparsi. Oportuit  
ergo te committere pecuniam meam i  
numularijs. et ueniens ego recepissim  
utiq; quod meum est cum usura. Tollite  
itaq; ab eo talentum. et date ei q; haber  
decem talenta. Omni enim habenti da-  
bitur & abundabit. ei autem q; non habet  
& quod uidetur habere. auferetur ab eo.  
Et inutilem seruum eiecit in tene-  
bras exteriores. illic erit fletus & stridor  
dentium. Cum autem uenerit h

luis hominis in maiestate sua & omnes  
angeli cum eo. tunc sedebit super sedem  
maiestatis sue & congregabuntur ante  
eum omnes gentes & separabit eos ab  
inuitem. sicut pastor segregat oves  
ab hœdis. Et statuet oves quodam a de  
stris. hœdos autem a sinistris. Tunc di  
cet rex his qui a dextris eius erunt. Ve  
nite benedicti patris mei. possidete  
paratum uobis regnum & constitutio  
ne mundi. Esurui enim & dedistis  
mibi manducare. Sitiui et dedistis mi  
hi bibere. hospes eram & collegistis me.  
Nudus & operuistis me. Infirmus & uisi  
tastis me. In carcerem eram et uenistis  
ad me. Tunc respondebunt ei iusti &  
dicentes. Domine quoniam te uidimus esu  
rientem & pauperem. sitientem & de  
dimus tibi potum. Quoniam autem te uidi  
mus hospitem & collegimus te. aut  
nudum & cooperuimus te. Aut quoniam  
te uidimus infirmum. aut in carcere  
& uenimus ad te. Et respondens se  
cundum illis. Amen dico uobis. quod ui  
uificabitur unusquisque de his fratribus  
mei minimi. qui mihi fecerint. Tunc di  
cet et his qui a sinistris erunt. Discedite  
a me. maledicti in ignem æternum. qui  
paratus est diabolo et angelis eius. Esu  
rui enim & non dedistis mihi manducare.  
Sitiui & non dedistis mihi potum. Ho  
spes eram & non collegistis me. Nudus  
& non cooperuistis me. Infirmus et  
in carcere & non uisitastis me. Tunc  
respondebunt ei & ipsi dicentes. Domine  
quoniam te uidimus esurientem. aut. siti  
entem. aut. hospitem. aut. nudum. aut.

infirmum. aut in carcere. & non mini  
strauimus tibi. Tunc respondebit il  
lis dicens. Amen dico uobis. Quod ui  
uificabitur unusquisque de minoribus  
his. nec mihi fecerint. Et ibunt hi in supplicium  
æternum. iusti autem in uitam  
æternam.

T factum est cum con  
sumasset Iesus sermone  
hos omnes dixit discipu  
lis suis. Scitis quia post  
tributum pascha fiet et filius homini  
trahetur ut crucifigatur. Tunc congregati  
sunt principes sacerdotum & se  
niiores populi in atrium principis sa  
cerdotum qui dicebatur cayphas & co  
siliium fecerunt ut Iesum dolo tene  
rent & occiderent. Dicebant autem.  
Non in die festo. ne forte tumultus  
fiet in populo. Cum autem esset  
Iesus in Bethania in domo Simonis le  
prosi. accessit ad eum mulier habens  
alabastrum unguenti preciosi. et effu  
dit super caput ipsius recumbentis. Vi  
dentes autem discipuli indignati sunt  
dicentes. Quod perditio hec. Poterat  
enim istud uendari multo & do  
nari pauperibus. Sciens autem Iesus ait  
illis. Quod molesti estis huic mulieri.  
opus enim bonum operata est in me. Nam  
semper pauperes habebitis uobiscum. me  
autem non semper habebitis. Mittens  
enim hæc unguentum hoc in corpus me  
um ad sepeliendum me fecit. Amen.  
dico uobis. Ubiunq; predicatum fue  
rit hæc euangelium in toto mundo.

dicit. & quod hec fecit in memoriam eius. Tunc abiit unus de duodecim qui dicebat Judas scarioth ad principes sacerdotum & ait illis. Quid uultis o mihi dare. et ego uobis eum tradam. At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde querebat oportunitatem ut eum traderet. Prima autem die azimorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes. Sibi uis paremus tibi comedere pascha. At Iesus dixit. Ite in ciuitatem ad quemdam. et dicite ei agister dicit. Tempus meum prope est apud te. facio pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus & parauerunt pascha. Vespere autem facto. discumbebat cum duodecim discipulis suis. Et edentibus illis dixit. Amen dico uobis. quia unus uestre me traditurus est. Et contristati ualde coeperunt singuli dicere. Nunquid ego sum domine. At ipse respondens ait. Qui intingit mecum manum in parapside. hic me tradet. Filius quidem hominis uadit sicut scriptum est de illo. uix autem homini illi per quem filius hominis tradet. Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. Respondens autem Judas qui tradidit eum. dixit. Nunquid ego sum rabbi. At illi. Tu dixisti. Cenantibus autem eis accepit Iesus panem & benedixit ac fregit. deditque discipulis suis. et ait. Accipite & comedite. hoc est corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit & dedit illis dicens. Bibite ex hoc omnes. hic est sanguis meus noui testam.

menti qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dico autem uobis non bibam amodo de hoc genere uitis usque in diem illum. cum illud bibo uobiscum nouum in regno patris mei. Et hymno dicto. exierunt in montem oliueti. Tunc dicit illis Iesus. Omnes uos scandalum patiemini in ista nocte. Scriptum est enim. Percutiam pastorem & dispergetur oues gregis. Postquam autem resurrexero. precedam uos in galileam. Respondens autem Petrus ait illi. Et si omnes scandalizati fuerint in te. ego nunquam scandalizabor. At illi Iesus. Amen dico tibi. quia in hac nocte ante quam gallus cantet. ter me negabis. At illi Petrus. Et tamen si oportuerit memoriam tecum non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt. Tunc uenit Iesus cum illis in uillam que dicitur gethsenam. Et dixit discipulis suis. Sedete hic donec uadam illuc & oro. Et assumpto Petro & duobus filiis zebedei. coepit conuersari & moestus esse. Tunc ait illis. Et istis est anima mea usque ad mortem. sustinete hic & uigilate mecum. Et progressus pusillum prostratus in faciem suam orans & dicens. Pater mihi si possibile est transcat a me calix iste. Veruntamen non sicut ego uolo. sed sicut tu. Et uenit ad discipulos suos & inuenit eos dormientes. & dicit Petro. Sic non potuisti una hora uigilare mecum. Vigilate & orate. ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est. caro autem infirma. Iterum secundo abiit & ora-



uit dicens: Pater mi. si non potest hic  
calix transire nisi bibam illum. fiat uo-  
luntas tua. Et uenit iterum & inuenit  
eos dormientes. Erant enim oculi eo-  
rum grauati. Et relictis illis iterum  
abiit & orauit tertio eundem sermone  
dicens. Tunc uenit ad discipulos suos &  
dicit illis. Dormite tam & reqesceite.  
Eccc appropinquabit hora et filius ho-  
minis tradet in manus peccatorum. Sur-  
gite enim. Eccc appropinquabit qui  
me tradet. Adhuc eo loquente ecce  
judas unus de duodecim uenit & cum  
eo turba multa cum gladijs &  
fustibus missi a principibus sacerdotum  
et senioribus populi. Quos autem tradidit  
eum dedit illis signum dicens. Quen-  
cumque osculatus fuero ipse est tenete  
eum. Et confestim accedens ad Iesum  
dixit. Aue rabbi. Et osculatus est  
eum. Dixitque illi Iesus. Amice ad quod  
uenisti. Tunc accesserunt & manus  
iniecerunt in Iesum & tenuerunt eum.  
Et ecce unus ex his qui erant cum Iesu ex-  
tendens manum exemit gladium suum  
& percussit seruum principis sacerdo-  
tum amputauit auriculam eius. Tunc  
ait illi Iesus. Conuerte gladium tuum  
in locum suum. Omnes enim qui accepe-  
runt gladium gladio peribunt. An pe-  
tas quia non possum rogare patrem me-  
um & exhibebit mihi modo plusquam  
duodecim legiones angelorum. Quo-  
modo ergo implebuntur scripturae  
quia sic oportet fieri. In illa hora  
dixit Iesus turbis. Tanquam ad latronem  
existis cum gladijs & fustibus comp-

hendere me. Quotidie apud uos se-  
debam docens in templo & non me  
tenuistis. Hoc autem totum factum est  
ut adimplerentur scripturae prophetarum.  
Tunc discipuli omnes relicto eo au-  
fugerunt. At illi tenentes Iesum duxe-  
runt ad Caypham principem sacerdo-  
tum ubi scribe & seniores conue-  
nerant. Petrus autem sequebatur eum  
a longe usque in atrium principis sacer-  
dotum. Et ingressus intro sedebat ex-  
minister ut uideret finem. Principe  
autem sacerdotum et omne concilium  
queriebant falsum testimonium con-  
tra Iesum ut eum morti traderent et  
non inuenierunt cum multi falsi teste  
accessissent. Nouissime autem uene-  
runt duo falsi testes & dixerunt.  
Hic dixit. possum destruere templum  
dei & post triduum reedificare illud.  
Et surgens princeps sacerdotum ait  
illi. Nihil respondes ad ea que isti ad-  
uersum te testificantur. Iesus autem  
tacebat. Et princeps sacerdotum ait  
illi. A diuro te per Deum uiuum ut  
dicas nobis si tu es christus filius dei.  
Dicit illi Iesus. Tu dixisti. Verumta-  
men dico uobis admodum uidebitis fi-  
lium hominis sedentem a dextris uir-  
tutis dei & uenientem in nubibus caeli.  
Tunc princeps sacerdotum scdit uesti-  
menta sua dicens. Blasphemauit. Quod  
adhuc cogimus testibus. Eccc nunc  
audistis blasphemiam. Sed et uobis  
uidetur. At illi respondentes dixe-  
runt. Reus est mortis. Tunc expu-  
erunt in faciem eius & colaphis eo-

cederunt. Alij autem pilinas in facies  
eius dederunt dicentes. propheta no-  
bis christe. Quis est qui te percussit. Pe-  
trus uero sedebat foris in atrio. & acce-  
sit ad eum una ancilla dicens. Et tu  
cum iesu galileo eras. At ille nega-  
uit coram omnibus dicens. Nescio quid di-  
cis. Exeunte autem illo tanquam uidit  
eum alia ancilla. Et ait his qui erant ibi  
Et hic erat cum iesu nazareno. Et iterum  
negauit cum iuramento quia non noui  
hominem. Et post pusillum accesserunt  
qui stabant. et dixerunt Petro. Ve-  
re & tu ex illis es. Nam & loquel-  
tia te manifestum facit. Tunc coepit  
detestari & iurare quia non nouisset ho-  
minem. Et continuo gallus cantauit.  
Et recordatus est Petrus uerbi iesu quod  
dixerat. priusquam gallus cantet. ter me  
negabis. Et cressus foras fleuit amare.

Ne autem facto consi-  
lium inierunt omnes pri-  
ncipes sacerdotum et seni-  
ores populi aduersus ie-  
sum ut eum morti traderent. Et ui-  
ctum adduxerunt eum & tradiderunt  
pontio pilato presidi. Tunc uidens ju-  
das qui eum tradidit quod damnatus esse.  
penitentia ductus. retulit triginta  
argenteos principibus sacerdotum et  
senioribus dicens. Secerui tradens san-  
guinem iustum. At illi dixerunt. Quid  
ad nos. Tu uideris. Et prociectis  
argenteis in templo recessit. & abies  
liquico se suspendit. Principes autem  
sacerdotum acceptis argenteis dixerunt.

Non licet eos mittere in carbonam. quia  
pretium sanguinis est. Consilio autem  
inito emerunt ex illis ager figuli in  
sepulturam peregrinorum. propter hoc  
uocatus est ager ille acheldemach. hoc  
est ager sanguinis usque in hodiernum  
diem. Tunc impletum est quod dictum  
est per hieremiam prophetam dicentem.  
Et acceperunt triginta argenteos pre-  
cium appretian. quem appretiauerunt  
& filii israhel & dederunt eos in agrum  
figuli. sicut constituit michi dominus. Iesus  
autem stetit autem stetit ante presi-  
dem. et interrogauit eum preses di-  
cens. Tu es rex iudeorum. Dicit illi  
iesus. Tu dicis. Et cum accusaretur  
a principibus sacerdotum & senioribus  
nihil respondit. Tunc dicit illi Pila-  
tus. Non audis quanta aduersum te  
dicunt testimonia. Et non respon-  
dit ei ad ullum uerbum. ita ut mira-  
retur preses uehementer. Per diem  
autem solemnem. consueuerat preses  
populo dimittere unum uinctum quod  
uoluissent. Habebat autem tunc uic-  
tum insignem qui dicebatur. Barrabas.  
Congregatis ergo illis pilatus dixit.  
Quem uultis dimittam uobis. Bar-  
rabam an iesum qui dicitur christus. Scie-  
bat enim quod per inuidiam tradidisset  
eum. Sedente autem illo pro tribu-  
nali. misit ad eum uxor eius dicens.  
Nihil tibi & iusto illi. Multa enim  
passa sum hodie pro uisum propter eum. Pri-  
ncipes autem sacerdotum & seniores  
persuaserunt populis ut peterent Bar-  
rabam. Iesum uero perderent. Respo-

dens autem preses ait illis Quem uultis uobis de duobus dimitti. At illi dixerunt. Barrabam. Dicit illis Pilatus. Quid igitur faciam de Iesu qui dicitur Christus? Dicunt omnes. Crucifigatur. Ait illi preses. Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant dicentes. Crucifigatur. Videns autem Pilatus quod nihil proficeret. sed magis tumultus fieret. accepta aqua lauit manus coram populo dicens. Innocens ego sum & sanguine iusti huius. uos uidertis. Et respondens uniuersus populus dixit. Sanguis eius super nos & super filios nostros. Tunc dimisit illis Barrabam. Iesum autem flagellatum tradidit eis ut crucifigeret. Tunc milites presidis suscipientes Iesum in pretorio congregauerunt ad eum uniuersam cohortem. & exuentes eum chlamydem & cocineam circumdederunt ei. Et placentes coronam de spinis posuerunt super caput eius. & harundinem in dextra eius & genuflexo ante eum illi debant ei dicentes. Aue Rex Iudeorum. Et expuentes in eum acceperunt harundinem & percutiebant caput eius. Et postquam illuserunt ei exuerunt chlamydem & induerunt eum uestimentis eius & duxerunt eum ut crucifigerent. Exeuntes autem inuenerunt hominem cyrenicum nomine. Simonem. hunc angariauerunt ut tolleret crucem eius. Et uenientes in locum qui dicitur golgotha quod est caluarie locus. & dederunt ei uinum bibere cum felle mixtum. & cum g

stasse noluit bibere. Postquam autem crucifixerunt eum diuiserunt uestimenta eius sortem mittentes. ut impleretur quod dictum est per prophetam dicentem. Diuiserunt sibi uestimenta mea & super uestem meam miserunt sortem. Et sedentes seruabant eum. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam. hic est Iesus rex Iudeorum. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones. unus a dextris & unus a sinistris. Pretereuntes autem blasphemabant eum mouentes capita sua & dicentes. Sab qui destruis templum dei & in triduo illud reedificas. Salua te metipsum si filius dei es descende de cruce. Similiter & principes sacerdotum illudentes eum scribis & senioribus dicebant. Alios saluos fecit seipsum non potest saluum facere. Si rex israhel est descendat nunc de cruce & credimus ei. Confidit in deo. liberet nunc eum si uult. Dixit enim quod filius dei sum. Id ipsum autem & latrones qui crucifixi erant. cum eo imprecabantur ei. A sexta autem hora tenebre facte sunt super uniuersam terram usque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamauit Iesus uoce magna dicens. heli heli lamazabani. hoc est. Deus meus deus meus. ut quod dereliquisti me. Quidam autem illi stantes & audientes dicebant. heli uocat iste. Et continuo currentis unus ex eis acceptam spongiam impleuit aceto & imposuit harundini & dabat ei bibere. Ceteri uero dicebant.

Sine uideamus an ueniat helias libe-  
rans eum. Iesus autem itere clamans  
uocem magna. emisit spiritum. Et ecce  
uelum templi scissum est in duas par-  
tes. A summo usque deorsum. Et terra i-  
mota est. & petre scissae sunt. & mo-  
numenta aperta sunt. & multa corpo-  
ra sanctorum quae dormierant surrexerunt.  
Et exeuntes de monumentis post resur-  
rectionem eius uenerunt in sanctam  
ciuitatem & apparuerunt multis. Ce-  
turio autem & qui cum eo erant. custodi-  
entes Iesum uiso terremoto. & his quae  
fiebant. timuerunt. ualde dicentes. Ve-  
re filius dei erat iste. Erant autem i-  
bi mulieres multae a longe. quae secue-  
rant Iesum a galilea ministrantes quae  
inter quas erat Maria magdalene.  
& Maria iacobi & ioseph matris & ma-  
tris filiorum zebedi. Cum autem se-  
ro factum esset. uenit quidam homo  
diues ab arimathia nomine ioseph. qui  
& ipse discipulus erat Iesu. Hic acces-  
sit ad Pilatum & petiit corpus Iesu.  
Tunc Pilatus iussit reddi corpus. Et ac-  
cepto corpore. ioseph inuoluit illud in  
syndone munda. & posuit illud in  
monumento suo nouo. quod excide-  
rat in petra. Et aduoluit saxum ma-  
gnum ad ostium monumenti & abiit.  
Erat autem ibi Maria magdalene.  
& altera Maria sedentes contra sepul-  
chrum. Altera autem die quae est post  
parasceuen. conuenerunt principes sa-  
cerdotum & pharisei ad pilatum di-  
centes. Domine recordati sumus quia  
seductor ille dixit adhuc uiuens.

post tres dies resurgam. Iube ergo  
custodiri sepulchrum usque in diem ter-  
tium. ne forte ueniant discipuli eius  
& furentur eum. & dicant plebi. su-  
rexit a mortuis. et erit nouissimus  
error peior priore. Dixit illis Pilatus.  
Habetis custodiam. ut custodite sicut  
scitis. Illi autem abeuntes. munerunt  
sepulchrum. signantes lapidem cum  
custodibus.

Et spere autem sabbati. quae  
lucet in prima sabbati  
uenit Maria magda-  
lene et altera Maria  
uidere sepulchrum. Et ecce tremo-  
tus factus est magnus. Angelus enim  
domini descendit de caelo & acce-  
dens reuoluit lapidem & sedebat sup-  
eum. Erat autem aspectus eius sicut  
fulgur. & uestimentum eius sicut ni-  
uis. Pre timore autem eius exterriti sunt  
custodes & facti sunt uelut mortui.  
Respondens autem angelus dixit mu-  
lieribus. Nolite timere uos. Scio enim  
quod Iesum qui crucifixus est queritis. Non  
est hic. surrexit enim sicut dixit. Ve-  
nite & uidete locum ubi positus erat  
dominus. cito euntes dicite disci-  
pulis eius. quia surrexit. et ecce prece-  
det uos in galileam. Ibi eum uidebitis.  
ecce praedixi uobis. Et exierunt cito  
de monumento cum timore & gau-  
dio magno. currentes nuntiare disci-  
pulis eius. Et ecce Iesus occurrit illi  
dicens. Aue. Ille autem accesserunt  
& tenuerunt pedes eius. & adorauerunt.

runt cum. Tunc ait illis Jesus. Nolite  
timere. ite nuntiate fratribus meis ut  
cant in galileam. ibi me uidebunt. Que  
cum abissent. ecce quidam de custodibus  
uenerunt in ciuitatem et nuntiauerunt  
principibus sacerdotum omnia que facta  
fuerant. Et congregati cum senioribus  
consilio accepto pecuniam copiosam  
dederunt militibus dicentes. Dicite  
quod discipuli eius nocte uenerunt  
& furati sunt eum nobis dormientibus.  
Et si hec auditum fuerit a prelide. nos  
suadebimus ei. et securos uos faciemus.  
Et illi accepta pecunia fecerunt sicut  
erant edocti. Et diuulgatum est uerbum  
istud apud iudeos usque in hodiernum  
diem. Unde cum autem discipuli  
abierunt in galileam in montem ubi  
constituerat illis Iesus. Et uidentes eum  
adorauerunt. quidam autem dubitauerunt.  
Et accedens Iesus locutus est ad  
eos dicens. Data est mihi omnis potestas  
in celo & in terra. Cunctes ergo docete  
omnes gentes baptizantes eos in nomine  
patris & filii & spiritus sancti. docetes  
eos seruare omnia quecumque mandaui  
uobis. Et ecce ego uobiscum sum  
omnibus diebus usque ad consummationem  
seculi.

ARCUS euange  
lista dei electus e  
Petri in baptisma  
te filius atq in di  
uino sermone disci  
pulus sacerdotius  
in ista agens secundum carnem leuita  
ad fidem christi conuersus euangelium  
in italia scripsit ostendens in eo quid  
& generi suo deberet et christi. Nam  
initium principy in uoce prophetie excla  
mationis instituens ordinem leuitice  
electionis ostendens. ut predicans pre  
destinatum iohannem filium zacharie  
in uoce angeli annuntiantis emissum non  
solum uerbum. carnem factum. sed et  
corpus domini in omnia per uerba di  
uine uocis animatum in initio euange  
licae predicationis ostendere. ut qui  
hec legens seruet cui initium carnis in  
domino & iesu aduenientis habitaculo  
caro deberet agnoscere. atq in se uer  
bum uocis quod in consonantibus pen  
detur inuenire. Deniq cum profecti eu  
gelij opus intrasset. et a baptismo ad  
domini predicare. Deum inchoans. non  
laborauit natiuitatem carnis quam in  
prioribus uiderat dicere. sed totius ex  
primens expositionem deserti. numerum  
ieiunij. tentationem diaboli. congrega  
tionem bestiarum & ministerium  
peulit angelorum. ut instituens nos  
ad intellegendum singula in breui co  
pingens. nec auctoritatem facte rei  
demerit. et proficiendi operis plenitu  
dinem non negaret. Deniq amputas  
se sibi post fidem pollicem dicitur ut

sacerdotio reprobis haberetur sed ta-  
tum consentiens fidei predestinata  
potuit electio ut nec sic in opere uer-  
bi pderet quod prius intruorat in ge-  
nere. Nam Alexandria eps fuit  
sacer & euangely in se dicta dispone-  
& disciplinam legis in se agnoscere  
et diuina in carne domini intelligere  
naturam. Que in nos primum regni  
oportet. de hinc inq̄sita uolumus agn-  
sci habentes mercedem exhortationis  
qm̄ q̄ plantat et qui rigat unum sūt  
qui autem incrementum prestat. o-  
Deus est.

**NITIVM EA**  
gely Iesu Chri filij  
dei sicut scriptum  
est in Esau p̄phet  
Ecce mitto angelū  
meum ante facies

tuam q̄ preparauit uiam tuam ante  
te. Vox clamantis in deserto. Parate  
uiam domini. rectas facite semitas ei.  
Fuit in deserto Iohannes baptizans &  
predicans baptismum poenitentiae in  
remissionem peccatorum. Et egredi-  
ebatur ad eum omnis iudee regio &  
hierosolymite & uniuersi & baptiza-  
bantur ab illo in iordanis flumine  
confitentes peccata sua. Et erat Jo-  
hannes uestitus pilis camelorum & zo-  
na pellicea circa lumbos eius & loc-  
ustas & mel siluestre edebat et predi-  
cabat dicens. Venite & fortior me post

me cuius non sum dignus percumbens  
soluere corrigiam calciamentorum eius.  
Ego baptizauit uos aqua. ille uero  
baptizabit uos spiritu sancto. Et fac-  
tum est in diebus illis. uenit Iesus a  
Nazareth galilee & baptizatus est a  
Iohanne in iordane. Et statim ascen-  
dens de aqua uidit caelos apertos &  
sp̄m sanctum tanq̄ columbam descen-  
dentem & manentem in ipso. Et uox  
facta est de caelis. Tu es filius meus  
dilectus. in te complacui. Et statim  
spiritus expulit eum in desertum. Et  
erat in deserto quadraginta diebus &  
quadraginta noctibus et tentabatur a  
sathana. Eratq̄ cum bestijs & angeli  
ministrabant illi. Postq̄ autem traditus  
est Iohannes. uenit Iesus in galileam pre-  
dicans euangelium regni dei & dicebat.  
Qm̄ impletum est tempus et appro-  
pinquabit regnum dei. poenitentiam &  
credite euangelio. Et preteriens secun-  
dum mare galilee uidit Simonem & An-  
dream fratrem eius mittentes retia  
in mare. Erant enim piscatores. Et  
dixit eis Iesus. Venite post me & fa-  
ciam uos fieri piscatores hominum. Et  
statim relictis retibus secuti sunt eum.  
Et progressus inde pusillum uidit Ja-  
cobum Zebedaei & Iohannem fratrem  
eius & ipsos componentes retia in na-  
ui et statim uocauit illos. Et relicto  
patre suo Zebedaeo in nauis cum merce-  
narijs secuti sunt eum. Et ingredun-  
tur capharnaum & statim sabbatis in-  
gressus in synagogam docebat eos. Et  
stupebant super doctrinam eius. o-

Erat enim docens eos quasi potestatem  
habens & non sicut scriba. Et erat in  
synagoga eorum homo in spiritu immundo.  
& exclamauit dicens. Quid nobis & tibi  
iesu nazarene? Scisti ante tempus  
perdere nos? Scio quod sanctus dei et con-  
minatus est ei iesus dicens. Obmutescet  
et eorum de homine. Et discerpens eum  
spiritus immundus & exclamans uoce  
magna exiit ab eo. Et mirati sunt om-  
nes ita ut congregerent inter se dicens  
res. Quidnam est hoc? Quenam doctri-  
na hec noua? Quia in potestate spiritibus  
immundis imperat et obediunt ei. Et pro-  
cessit rumor eius statim in omnem re-  
gionem galilee. Et protinus egressi  
res de synagoga uenerunt in domus  
simonis & andree cum iacobo & io-  
hanne. Recumbens autem febris  
simonis febricitans & statim dicunt  
ei de illa. Et accedens eleuauit eam  
apprehensa manu eius & continuo di-  
misit eam febris. et ministrabat eis.  
Vespere autem facto cum occidisset sol  
afferebant ad eum omnes male habentes  
& demonia habentes & erat omnis  
ciuitas congregata ad ianuam. Et cura-  
uit multos qui uexabantur uariis lan-  
guoribus. Et demonia multa eiecit  
& non sinebat ea loqui quoniam sciebant eum.  
Et diluculo ualde surgens egressus abi-  
it in desertum locum ibique orabat. Et  
persecutus est eum simon & qui cum illo  
erant. Et cum inuenissent eum dice-  
runt ei quia omnes querunt te. Et ait  
illis. Eamus in proximos uicos & ciuita-  
tes ut ibi predicem. Ad hoc enim ueni.

Erat predicans in synagogis eorum &  
in omni galilea & demonia eiciens.  
Et uenit ad eum leprosus deprecans  
eum & genuflexo dixit. Si uis potes  
me mundare. Iesus autem misertus e-  
ius extendit manum suam & tangens  
eum ait illi. Solo. Mundare. Et  
dixisset statim discessit ab eo lepra  
& mundatus est. Et comminatus est  
ei statimque cecit illum & dicit ei. Si  
do nemini dixeris sed uade ostende  
te principi sacerdotum & offer pro  
emundatione tua que precepit moyses  
in testimonium illis. Et egressus  
coepit predicare & diffamare sermone  
ita ut iam non posset manifeste intro-  
ire in ciuitatem sed foris in desertis lo-  
cis esse & conueniebant ad eum  
undique.

T iterum intrauit in capharnaum  
post dies octo & auditum est quod in domo  
esset et conuenerunt multi  
ita ut non caperent neque ad ianuam  
& loquebatur eis uerbum. Et uenerunt  
ad eum ferentes paralyticum qui a quatuor  
portabatur. Et cum non posset  
offerre eum illi pro turba nudauerunt  
tectum ubi erat & patefacientes sub-  
miserunt grabatum in quo paralyticus  
iacebat. Cum autem uidisset iesus fide  
illo ait paralytico. Fili dimitte  
tibi peccata tua. Erant autem illi  
quidam de scribis sedentes & cogitantes  
tibi in cordibus suis. Quid hic sic loquitur  
blasphemat quod potest dimittere peccata

ta nisi solus d's. Quo statim cognito Je-  
sus spiritu suo qa sic cogitarent intra se  
dicit illis. Quid ista cogitatis in cordi-  
bus uris. Qd est facilius dicere para-  
lytico. dimituntur tibi peccata tua. an  
dicere. surge tolle grabatum tuum &  
ambula. Et autem sciatis qa filius ho-  
minis habet potestatem in terra dimit-  
tendi peccata. ait paralytico. Tibi dico  
surge tolle grabatum tuum & uade  
in domum tuam. Et statim surrexit  
ille. & sublato grabato abiit inde cora  
omnibus ita ut mirarentur omnes &  
honorificarent deum dicentes. qa nuq  
sic uidimus. Et egressus est rursus ad  
mare. omnisq turbu ueniebat ad eum  
& docebat eos. Et cum preteriret ui-  
dit Leui alphae sedentem ad teloneum  
& ait illi. Sequere me. Et surgens  
secutus est eum. Et factum est cum  
occumberet in domo illius multi pu-  
blicani et peccatores simul discumbe-  
bant cum Iesu & discipulis eius. Erant  
enim multi q sequebant eum. Et scribi  
& pharisei uidentes qa manducaret  
cum publicanis & peccatoribus. dicebat  
discipulis eius. Quare cum publicanis &  
peccatoribus manducat & bibit. magis  
uester. hoc audito Iesus ait illis. Non  
necesse habent sani medico. sed q male  
habent. Non enim ueni uocare iustos  
sed peccatores. Et erant discipuli Iohan-  
nis & pharisei ieiunantes & ueniunt &  
dicunt illi. Quare discipuli Iohannis &  
phariseorum ieiunant. tui autem discipu-  
li non ieiunant. Et ait illis Iesus.

**N**unquid possunt filij nuptiarum qd ieiunant.

sponsus cum illis est. ieiunare. Qto te-  
pore habent secum sponsum non possunt  
ieiunare. Venient autem dies cum au-  
feret ab eis sponsus. & tunc ieiunabunt  
in illis diebus. Nemo assumentum pa-  
ni rudis assuit uestimento ueteri. Alio-  
quin aufert supplementum nouum a ue-  
teri & maior scissura fit. Et nemo mit-  
tit unum nouum in utres ueteres. ali-  
oquin dirumpet unum utres. & unum  
effundetur. et utres peribunt. Sed ui-  
num nouum in utres nouos mitti debet.  
Et factum est iterum cum sabbatis am-  
bularet per sara & discipuli eius coepe-  
runt progredi & uellere spicas. Pha-  
risei autem dicebant ei. Eccc qd faci-  
unt discipuli tui sabbatis. qd non licet.  
Et ait illis. Nunq legis qd fecerit  
Dauid qn necessitatem habuit. & esu-  
rit ipse & q. cum eo erant. quomodo  
introuit in domum dei sub Abiathae  
principe sacerdotum. & panes ppositi  
onis manducauit. quos non licebat  
comedere nisi solis sacerdotibus & dedit  
eis q. cum eo erant. Et dicebat eis.  
Sabbatum pp hominem factum est.  
& non homo propter sabbatum. Itaq  
d's est filius hominis & sabbati.

**T**introuit iterum in syna-  
goga. & erat ibi homo  
habens manum aridam.  
& obseruabant eum si sab-  
batis curaret. ut accusarent illum. Et  
ait homi habenti manum aridam. Sur-  
ge in medium. Et dicit eis. Licet sab-  
batis benefacere. an male. animum sal-



uam facere an perdere? At illi tace-  
bant. Et circūspiciens eos cum ira: co-  
tristatus super cecitate cordis eorum  
dicit homini. Extende manum tuam.  
Et extendit: restituta est manus illi.  
Cecumtes autem pharisei statim cum he-  
rodiānis consiliū faciēbant aduersus  
eum quomodo eum pederent. Iesus autē  
cum discipulis suis secessit ad mare: &  
multa turba a galilea & iudaea se-  
cūta est eum & ab hierosolymis & ab ier-  
mea & transjordanem: et q̄ circa tyrum  
et sidonem: multitudo magna audien-  
tes que faciēbat uenerunt ad eum. Et  
dixit Iesus discipulis suis: ut in nauicu-  
la sibi deseruērent p̄ turbam ne comp-  
merent eum. Multos enim sanabat: ita  
ut irruerent in eum: ut illum tange-  
rent: quotquot autem habebant plagas.  
Et sp̄s immundi eum illum uidebant: p̄-  
cidebant ei & clamabant dicentes. Tu  
es filius dei. Et uehementer commin-  
bat eis ne manifestarent illum. Et u-  
ascendens in montem uocauit ad se q̄s  
uoluit ipse & uenerunt ad eum. Et  
fecit ut essent duodecim cum illo: et  
ut mitteret eos predicare: & dedit  
illis potestatem curandi infirmitates  
et eiciendi demonia. Et imposuit Si-  
moni nomen Petrus: & Iacobum ze-  
bedei: & Iohannem fratrem Iacobi: et  
imposuit eis nomina Boanerges quod  
est filij tonitru: & Andream & Phi-  
lippum & Bartholomeum: et Mat-  
thæum & Thomam: et Iacobum alpha-  
& Thadæum & Simonem cananæum  
et Iudam scharioth q̄ & tradidit il-

lum: & ueniunt ad domum. Et con-  
uenit ireturba: ita ut posset neque  
panem manducare. Et cum audisset  
sui exierunt tenere eum. Dicebat. n.  
qm̄ in furorem uersus est. Et scribe  
q̄ ab hierosolymis descenderant dice-  
bant: quoniam Belzebub habet: & q̄  
in principe demoniorum eicit demo-  
nia. Et conuocatis eis in parabolis di-  
cebat illis. Quomodo potest sathanas  
sathanam eicere? Et si regnum i se-  
diuidat: non potest regnum illud sta-  
re. Et si domus super semetipsam dis-  
partat: non potest domus illa stare.  
Et si sathanas conuixerit in semet-  
ipsum dispartitus est: & non poterit  
stare: sed finem habet. Nemo potest  
uasa fortis ingressus in domum diri-  
pere: nisi prius fortem alligat: et tūc  
domum eius diripiet. Amen dico uobis:  
qm̄ omnia dimittentur filijs hominū  
peccata & blasphemie q̄bus blasphe-  
mauerunt. Qui autem blasphemauerit  
in sp̄m sanctum non habebit remissionē  
in æternum: sed reus erit æterni de-  
lictū: qm̄ dicebant sp̄m immundum  
habere. Et ueniunt mater eius & fr̄es  
& foris stantes miserunt ad eum uo-  
cantes eum. Et sedebat circa eum tur-  
ba: & dicunt ei. Ecce mater tua: &  
fratres tui foris querunt te. Et re-  
spondens eis ait. Que est mater mea  
& fr̄es mei? Et circūspiciens eos q̄ in  
circuītu eius sedebant ait. Ecce mate-  
r mea & fratres mei. & cum fecerit uo-  
luntatem dei: hic fr̄ meus & soror me-  
& mater est.

Tertium coepit docere  
ad mare & congregata e  
ad eum turba multa. ita  
ut in nau ascendens sede  
ret in mari & omnis turba circa mare  
sup terram erat & docebat eos in para  
bolis multa & dicebat illis in doctri  
na sua. Audite. Ecce exijt seminans  
ad seminandum. Et dum seminat. aliud  
cecidit circa uiam & uenerunt uolu  
cres caeli & commederunt illud. Ali  
ud uero cecidit sup petrosa ubi non  
habuit terram multam & statim exo  
tum est qm non habet altitudinem te  
re & qm exortus est sol estuauit &  
eo q non habebat radicem exaruit.  
Et aliud cecidit in spinas & ascende  
runt spine & suffocauerunt illud &  
fructum non dedit. Et aliud cecidit  
in terram bonam & dabat fructum  
ascendentem & crescentem & affere  
bat unum tricesimum & unum sexa  
gesimum et unum centesimum. Et di  
cebat. Qui hnt aures audiendi audiat  
Et cum esset singularis interrogauerunt  
eum hi q cum eo erant duodecim pa  
rabolam. Et dicebat eis. Vobis datus  
est scire mysterium regni dei. Illis aut  
q foris sunt in parabolis omnia fiunt  
ut uidentes uideant & non uideant  
et audientes audiant et non intelligant  
neq non conuertant & dimittant  
eis peccata. Et ait illis. Nescitis pa  
rabolam hanc. Et quomodo parabolam  
omnes cognoscetis. Qui seminat uer  
bum seminat. hi autem sunt q circa

uiam ubi seminat uerbum & cum au  
dierunt confestim uenit sathanas et  
aufert uerbum qd seminatum est in  
cordibus eorum. Et hi sunt similiter q  
sup petrosam seminantur q cum audi  
erint uerbum statim cum gaudio ac  
cipiunt illud & non habent radices  
in se sed temporales sunt deinde orta  
tribulatio & psecutione pp uerbum  
confestim scandalizant. Et alij sunt q  
in spinis seminantur hi sunt q uerbum  
audiunt & erumne seculi & decep  
tio diuitiarum & circa reliqua concupi  
scentie introeunt suffocant uerbum  
& sine fructu efficitur. Et hi sunt q  
sup terram bonam seminati sunt qui  
audiunt uerbum & suscipiunt & fruc  
tificant unum tricesimum unum sexa  
gesimum & unum centesimum. Et di  
cebat illis. Nunquid uenit lucerna ut  
sub modio ponatur aut sub lecto.  
Nonne ut super candelabrum ponatur.  
Non est enim aliquid absconditum quod  
non manifestetur nec factum est occu  
tum quod non ueniat in palam. Si quis  
hnt aures audiendi audiat. Et dicebat  
illis. Videte qd audiatis. In qua men  
sura mensi fueritis remetietur uobis &  
adiuetur uobis. Qui enim habet dabit  
illi & q non hnt etiam quod habet au  
feretur ab eo. Et dicebat. sic est reg  
ni dei quemadmodum si homo iaciat se  
mentem in terram et dormiat & exu  
gat nocte & die et semen germinet &  
increscat dum nescit ille. Vltro enim  
terra fructificat primum herbam de  
inde spicam deinde plenum frumentum

tum in spica. Et cum ex se peluxerit  
fructus statim mittit falcem. quoniam adest  
messis. Et dicebat. Cui assimilabimus  
regnum dei aut cui parabole compara-  
bimus illud. Sicut granum synapis. et  
quod cum seminatum fuerit in terra mi-  
nus est omnibus seminibus que sunt in  
terra. et cum natum fuerit ascendit  
et fit maior omnibus oleis. et facit  
ramos magnos. ita ut possint sub umbr  
eius aues celi habitare. Et talibus mul-  
tis parabolis loquebatur eis uerbum. put  
poterant audire. sine parabola autem  
non loquebat eis. Secorsum autem disci-  
pulis suis diserebat omnia. Et ait illis  
in illa die cum sero esset factum. Non  
scimus contra. Et dimittentes trabes  
assumunt. cum ita ut erat in nau. et  
alie naues erant cum illo. Et facta est  
procella magna uenti. et fluctus mitte-  
bat in nauim. ita ut impleteretur nauis.  
Et erat ipse in puppi super ceruicem dor-  
miens. et excitant eum. et dicunt illi.  
Magister. non ad te peruenit quia peruenit  
& exurgens cominatus est uento. et  
dixit mari. Tace. obmutescet. Et cessa-  
uit uentus. et facta est tranquillitas  
magna. Et ait illis. Quod timidi estis.  
Nec dum habetis fidem. Et timue-  
runt timore magno. et dicebant ad al-  
terutrum. Quis putas est iste. quia uentus  
& mare obediunt ei.

T uenerunt trans fretum  
maris in regionem cetera  
scorum. Et exiit ei  
de nau statim occurrit o

de monumentis homo in spiritu immundo.  
quod domicilium habebat in monumentis.  
Et neque catenis iam quoscumque poterat eum  
ligare. quoniam sepe compedibus et catenis  
iunctus dirupisset et catenas et compe-  
des comminasset. et nemo poterat eum  
domare. Et semper die ac nocte in mo-  
numentis. et in montibus erat clamans  
et concidens se lapidibus. Videns autem  
Iesum a longe cucurrit et adorauit eum  
et clamans uoce magna dixit. quod mihi  
et tibi Iesu fili dei altissimi. A diuino te  
per deum ne me torqueas. Dicebat enim  
illi. Exi spiritus immunde ab homine  
isto. et interrogabat eum. Quod tibi no-  
men est. Et dicit ei. Legio mihi no-  
men est. quia multi sumus. Et deprecaba-  
tur eum multum ne se expelleret ex  
regionem. Erat autem ibi circa mon-  
tem grex porcorum magnus pasceus in  
agris. Et deprecabantur eum spiritus dicen-  
tes. Mitte nos in porcos. ut in eos in-  
treemus. Et concessit eis statim Ie-  
sus. Et exiit spiritus immundi introie-  
runt in porcos. et magno impetu grex  
precipitatus est in mari ad duo milia  
et suffocati sunt in mari. Quia autem pa-  
scebant eos fugerunt et nuntiauerunt  
in ciuitatem et in agros. Et egressi sunt  
uidere quod esset factum. et uenerunt ad  
Iesum. et uident illum quod a demonio  
uexabatur sedentem uestitum et san-  
ne mentis et timuerunt. Et narraue-  
runt illis quod uiderant qualiter factus  
esset ei quod demonium habuerat. et de  
porcis. Et rogare cepunt eum ut dis-  
cederet de finibus eorum. Cuique ait.

doce nauim: coepit illum deprecari  
q̄ a demonio uexatus fuerat: ut esset  
cum illo: & non admisit eum: sed ait  
illi: Vade in domum tuam ad tuos: &  
annuntia illis q̄ta tibi dñs fecerit: &  
misertus sit tui. Et abiit: & coepit pre-  
dicare in decapoli: quanta sibi fecisset.  
Iesus & ceteri mirabantur. Et cum tra-  
sisset: Iesus in nauim rursus transfretus  
conuenit turba multa ad eum: & o-  
rat circa mare. Et uenit quidam de  
archisynagogis nomine Iairus: & ui-  
dens eum proccidit ad pedes eius: & i-  
deprecabatur eum multum dicens: qm̄  
filia mea in extremis est. Veni impone  
manum tuam sup̄ eam: ut salua sit &  
uiuat. Et abiit cum illo: & sequebatur  
eum turba multa: et comprimebant  
eum. Et mulier que erat in p̄fluuiis sa-  
guinis annis duodecim & fuerat mul-  
ta perpeffa a compluribus medicis: &  
erogauerat omnia sua: nec quicquam profe-  
cerat: sed magis deterius habebat: cum  
audisset de Iesu uenit in turba: retro  
& tetigit uestimentum eius. Dicebat  
eum q̄a si uel uestimentum eius tetige-  
ro salua ero. Et confestim siccatus est  
fontis sanguinis eius: & sensit corpore q̄  
sanata esse a plaga. Et statim Iesus i-  
semetipso cognoscens uirtutem que ex-  
erat de illo: conuersus ad turbam aie-  
bat: Quis tetigit uestimenta mea? Et  
dicebant ei discipuli sui: Vides tur-  
bam comprimentem te: & dicitis quod me  
tetigit? Et circūspiciebat uidere eam  
que hoc fecerat. Mulier uero timens  
& tremens sciens quod factum esset in

se: uenit & proccidit ante eum & dixit  
ei: omnia ueritatem. Iesus autem dixit  
ei: filia fides tua te saluam fecit: uade  
in pace: & esto sana a plaga tua.  
Adhuc eo loquente ueniunt nuntij  
ad archisynagogum dicentes: q̄a filia  
tua mortua est. Quid ultra uexas ma-  
gistre? Iesus autem audito uerbo que  
dicebantur: ait archisynagogo: Noli timere  
tantummodo crede. Et non admisit:  
quoniam sese qui nisi Petrum & Iacobum  
& Iohannem fratrem Iacobi. Et ue-  
niunt in domum archisynagogi. Et  
uidit tumultum & flentes & euilan-  
tes multum: & ingressus ait illis: Quod  
turbamini & ploratis? Puella non  
est mortua: sed dormit. Et irridebant  
eum. Ipse uero cecidit omnibus assu-  
mit patrem & matrem puellae: et que  
secum erant: et ingrediuntur ubi pu-  
ella erat iacens: & tenens manum  
puellae ait illi: Thabitha cum: quod  
est interpretatum: puella: tibi dico:  
surge. Et confestim surrexit: puella  
& ambulabat. Erat autem annorum  
duodecim. Et obstupuerunt: stupore  
magno. Et precepit illis uehemen-  
ter: ut nemo id sciret: & iussit dare  
illi manducare.

Tegressus inde abiit in  
patriam suam: & seque-  
bantur eum discipuli sui.

Et factis sabbatis coepit  
in synagoga docere: & multi audien-  
tes admirabantur in doctrina eius dice-  
tes: Unde huic hec omnia? & que

est sapientia que data est illi & uirtutes tales que per manus efficiuntur. Nonne hic est faber filius marie frater iacobi & ioseph & iudæ & simonis. yohanne & sorores eius h nobiscum sunt. Et scandalizabant in illo. Et dicebat illis iesus. quia non est propheta sine honore nisi in patria sua et in domo sua et in cognatione sua. Et non poterat ibi uirtutem ullam facere nisi paucos infirmos impositis manibus curauit & mirabatur pro incredulitate eorum. & circuebat castella in circuitu docens. Et coram uocauit & cepit eos mittere binos & dabat illis potestatem spirituum immundorum & precepit eis ne quid tollerent in uia nisi uirga tantum & peram & panem neque in zona esset calciatos sandalios & ne induerentur & duabus tunicis. Et dicebat eis. Quicumque introieritis in domum. illic manet donec exeat inde & quicumque non receperint uos nec audierint exeat inde exeat puluerem de pedibus uestris in testimonium illis. Et exeuntes predicabant ut poenitentiam agerent & demonia multa eiciebant & ungebant oleo multos egros & sanabantur. Et audiuit rex herodes manifestum enim factum est nomen eius & dicebat. Quia iohannes baptista resurrexit a mortuis & propterea uirtutes operatur in illo. Alii autem dicebant quia helias est. alii uero dicebant quia propheta est quia si unus ex prophetis. Quo audito he-

rodes ait. Quem ego decollauit iohannem hic a mortuis resurrexit. Ipse enim herodes misit ac tenuit iohannem & uixit eum in carcerem pro herodiadem uxorem philippi fratris sui quia duxerat eam. Dicebat enim iohannes herodi. Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi & uolebat occidere & nec poterat. Herodes autem metuebat iohannem sciens eum uirum iustum & sanctum et custodiebat eum. Et audito eo multa faciebat & libenter eum audiebat. Et cum opportunus accidisset herodes in natali suo cenam fecit principibus & tribunibus & primis galilee. Cuius introisset filia ipsius herodiadis & saltasse & placuisse herodi simulque recumbentibus. Rex ait puella. Petre a me quod uis & dabo tibi. Et iurauit illi quicquid petieris dabo tibi. licet dimidium regni mei. Que cum exisset dixit matri sue. Quid petam. At illa dixit. Caput iohannis baptiste. Cuius introisset statim cum festinatione ad regem petiuit dicens. Volo ut petrus des mihi in disco caput iohannis baptiste. Et contristatus est rex propter iurandum et pro simul discumbentes noluit eam constare. sed misso spicatore precepit afferri caput eius in disco & decollauit eum in carcere. Et attulit caput eius in disco & dedit illud puellæ & puella dedit matri sue. Quo audito discipuli eius uenerunt & tr-

lerunt corpus eius & posuerunt il-  
lud in monumento. Et conueniente  
apli ad Iesum renuntiauerunt ei om-  
nia que egerant & docuerant. Et ai-  
illis. Venite scorsum in desertum lo-  
cum & reqesceat pusillum. Erant  
enim qui ueniebant & rediebant mul-  
ta et nec spatium manducandi habe-  
bant. Et ascendentes in nauum abierunt  
in desertum locum scorsum. Et uide-  
runt eos abeuntes & cognouerunt  
multi & pedestres de omnibus ciuita-  
tibus cucurrerunt illuc & preuenie-  
runt eos. Et exiens uidit turbam  
multam Iesus & misertus est sup eos  
quia erant sicut oues non habentes pasto-  
rem et coepit illos docere multa. Et  
cum iam hora multa fieret accesserunt  
discipuli eius dicentes. Desertus  
est locus hic & iam hora prete-  
ryt. Dimitte illos ut euntes in pa-  
mas uillas & uicos emant sibi cibos  
quos manducent. Et respondens ait  
illis. Date illis uos manducare. Et  
dixerunt qui euntes emanus duce-  
tis denarijs panes & dabimus illis  
manducare. Et dicit eis. Quot pa-  
nes habetis. Ite & uidete. Et cum  
cognouissent dicunt. Quinq; & duos  
piscis. Et precepit illis ut accumbere  
facerent omnes secundum contuber-  
nia sup uiride foenum. Et discubue-  
runt in partes per centenos & quinquagenos.  
Et acceptis quinq; panibus et  
duobus piscibus intuens in celum be-  
nedixit & fregit panes & dedit disci-  
pulis suis ut ponerent ante eos &

duos pisces diuisit omnibus. Et ma-  
ducauerunt omnes & saturati sunt.  
Et sustulerunt reliquias fragmento-  
rum duodecim cophinos plenos & de  
piscibus. Erant autem qui manduca-  
uerunt quinq; milia uiuorum. Et sta-  
tim coegit discipulos suos ascendere  
nauum ut precederent eum trans fre-  
tum ad Bethsaidam dum ipse dimi-  
ttere populum. Et cum dimisisset  
eos abijt in montem orare. Et cum  
sero esset erat nauis in medio mari  
& ipse solus in terra. Et uidens eos  
laborantes in remigando erat enim  
uentus contrarius eis & circa quar-  
tam uigiliam noctis uenit ad eos am-  
bulans supra mare & uolebat pre-  
terire eos. At illi ut uiderunt eum  
ambulantem supra mare putauerunt  
fantasma esse & exclamauerunt.  
Omnes enim uiderunt eum & con-  
turbati sunt. Et statim locutus est  
cum eis & dixit eis & dixit eis. Co-  
fidite. Ego sum nolite timere. Et  
ascendit ad illos in nauum & cessa-  
uit uentus. Et plus magis intra se  
stupebant. Non enim intellexerunt  
de panibus. Erat enim eorum cor obce-  
catum. Et cum transfretassent per-  
ueniunt in terram Genasareth & ap-  
plicauerunt. Cumque egressi essent de  
nau. continuo cognouerunt eum et  
percurrentes uniuersam regionem illam  
coepant in grabatis eos qui se male ha-  
bebant circuferre ubi audiebant esse.  
Et quocumque introibat in uicos  
ut in uillas aut ciuitates in plateis

poncbant infirmos. & deprecabantur  
eum ut ut fimbriam uestimenti eius  
tangerent. & quotquot tangebant  
eum salui fiebant.

Et conueniunt ad eum  
pharisei & qdam de sen  
bis uenientes ab hieroso  
lymis. Et uidissent quo  
dam ex discipulis eius communis ma  
nibus id est non lotis manducare pane  
uitupauerunt. Pharisei enim & omnes  
iudei nisi crebis lauerint manus no  
manducant. tenentes traditionem se  
niore. & a foro nisi baptizentur no  
comedunt. & alia multa sunt que  
tradita sunt illis seruare. baptisma  
ta calicum et urceorum et cramen  
torum & electorum. Et interroga  
bant eum pharisei & scribe. Quare  
discipuli tui non ambulant iuxta tra  
ditionem seniorum. sed comunibus ma  
nibus manducant panem. **A**d illu  
respondens dixit eis. Bene pphetam  
Esaias de uobis hypocritas sicut scrip  
tum est. populus hic labijs me hono  
rat. cor autem eorum longe est a me.  
I nuanum autem me colunt docentes  
doctrinas & precepta hominum. Re  
linquentes enim mandatum dei teno  
tis traditiones hominum. baptisnata u  
rceorum & calicum. & alia similia hi  
facitis multa. Et dicebat illis. Bene  
irritum fecistis preceptum dei. ut  
traditionem uestram seruatis. Moyses. n.  
dixit. honoram patrem tuum & ma  
trem tuam. & q maledixerit patri ul

matr. morte moriat. Vos autem di  
citis. Si dixerit homo patri aut ma  
tri corba. qd est donum qd eunq ex  
me tibi pderit. & ultra non dimit  
titis eum qequam facere. patri suo aut  
matri. rescindentes uerbum dei per  
traditionem uestram quam tradidistis.  
& similia huiusmodi multa facitis. **E**t  
Et aduocans iter turbas dicebat il  
lis. **A**udite me omnes & intelligi  
te. nihil est extra hominem introi  
ens in eum qd possit eum conqna  
re. sed que de homine procedunt illa  
sunt que conqnant hominem. **S**iquis  
habet aures audiendi audiat. Et cum i  
troisset in domum a turba. interro  
gabunt eum discipuli eius parabolam.  
Et ait illis. Si & uos imprudentes  
estis. Non intelligitis qa omne ex  
terius introiens in hominem non  
potest eum conqnare. qa non intra  
in cor eius. sed in uentrem uadit. &  
in secessum exit purgans omnes eas.  
Dicebat autem. qm illa que de homi  
ne exeunt illa conqnant hominem.  
Ab intus enim de corde hominum ma  
le cogitationes procedunt. adulteria. fo  
nicationes. homicidia. furta. auaritie.  
neqtie. dolus. impudicitie. oculus ma  
lus. blasfemia. supbia. stultitia. Omnia  
hec mala ab intus procedunt & conq  
nant hominem. Et inde surgens abi  
it in fines tyri & sidonis. & ingres  
sus domum neminem uoluit scire. &  
non potuit latere. **M**ulier. n. stati  
ut audiuit de eo cuius filia habebat  
spem unmundum intrauit. & pedis

ad pedes eius. Erat. n. mulier gentili  
syr̄o p̄xenissa genere. Et rogabat eū  
ut demonium eiceret de filia eius. Q̄  
dixit illis. Sine prius saturari filios.  
Non est enim bonum sumere panem fi-  
liorum. & mittere eamibus. Et illa  
respondit. & dixit illi. Vtiq̄ domine.  
Nam & catelli comedunt sub mensa de  
mellis puerorū. Et ait illi. Propter hūc  
sermonem uade. exijt demonium a  
filia tua. Et cum abisset domum in-  
uenit puellam iacentem sup lectum.  
& demonium exisse. Et iterum exi-  
ens de finibz tyri uenit p̄ sidonem ad  
mare galilee inter medios fines decap-  
oleos. Et adducunt ei surdum & my-  
tum. Et deprecabantur eum ut imponat  
illi manum. Et apprehendens eum de  
turba secorsum. misit digitos suos in au-  
riculas eius. & cepuens tetigit linguā  
eius. & suspiciens in cælum ingemuit.  
& ait illi. Effeta q̄ est adapire. Et  
statim aperte sunt aures eius & solu-  
tum est unculum linguę eius. & lo-  
quebat recte. Et precepit illis ne o-  
dicerent. Quanto autem eis precepit  
bat. tanto magis plus predicabant. et  
eo amplius admirabantur dicentes. Be-  
ne omnia fecit & surdos fecit audire  
& mutos loqui.

Et diebus illis iterum exijt  
turba multa esse cum le-  
su. nec haberent q̄ man-  
ducarent. conuocatis di-  
scipulis ait illis. Misereor sup turbam.  
qa ecce iam triduo sustinent me. nec

habent q̄ manducant. & si dimiserō  
eos ieiunos in domum suam. deficient  
in uia. Qdam enim ex eis de longe ue-  
nerunt. Et responderunt ei discipuli  
sui. Vnde istos q̄ poterit saturare pa-  
nibus in solitudine. Et interrogabat  
eos. Quot panes habetis. Q̄ dixerunt  
septem. Et precepit turbe discumbere  
sup terram. Et accipiens septem panes  
gras agens fregit. & dabat discipulis  
suis ut apponerent. et apposuerunt  
turbe. Et habebant pisciculos paucos.  
& ipsos benedixit. & iussit apponi. Et  
manducauerunt. & saturati sunt. &  
sustulerunt q̄ supauerant de frag-  
mentis septem sportas. Erant autem  
q̄ manducauerant quasi quattuor mi-  
lia. & dimisit eos. Et statim ascendit  
nauim cum discipulis suis uenit in p̄-  
tes dalmanutha. Et exierunt pharisei  
& cepunt conquire. cum eo. queren-  
tes ab illo signum de cælo. tentante  
eum. Et ingemiscens spiritu ait. Quid  
generatio ista signum querit. A me  
dico uobis. si dabitur generationi isti si-  
gnum. Et dimittes eos ascendit itre  
nauim. et abiit trans fretum. Et obli-  
ti sunt panem sumere. & nisi unum pa-  
nem non habebant secum in nauy. Et p̄-  
cipiebat eis dicens. Videte & caute.  
& fermento phariseorum & ferme-  
to herodis. Et cogitabant ad alterutrum  
dicentes. qa panes non habemus. Quo co-  
gnito ait illis Iesus. Quid cogitatis q̄  
panes non habetis. Non dum cogno-  
scitis. nec intelligitis. Adhuc cecatus  
habetis cor ur̄m. Oculos habentes non



uidetis. & aures habentes non auditis.  
Nec recordamini quod panes fregi in quinque  
milia & quot cophinos fragmentorum  
plenos sustulistis. Dicunt ei. Duode-  
cim. Quoniam & septem panes in quattuor  
milia quot sportas fragmentorum tu-  
lisset. Et dicunt ei. Septem. Et dice-  
bat eis. Quomodo nondum intelli-  
gitis. Et ueniunt Bethsaida & addu-  
cunt ei cecum & rogabant eum ut  
illum tangeret. Et apprehensa manu  
ceci eduxit eum extra uicium & ex-  
prensus in oculos eius impositis manibus  
suis interrogauit eum si quid uideret.  
Et aspiciens ait. Video homines uelut  
arbores ambulantes. Deinde iterum im-  
posuit manus super oculos eius & cepit  
uidere & restitutus est ita ut cla-  
re uideret omnia. Et misit illum in  
domum suam dicens. Vade in domum  
tuam. et si in uicium introieris nemini  
dixeris. Et ingressus est Iesus & disci-  
puli eius castella cesarum Philippi. &  
in uia interrogabat discipulos suos di-  
cens eis. Quem me dicunt esse homines.  
Respondunt ei dicentes. Alii Iohannem  
baptistam. alii Iesum. alii uero  
quasi unum de prophetis. Tunc dicit illis.  
Vos uero quem me esse dicitis. Respon-  
dens Petrus ait ei. Tu es Christus. Et  
comminatus est eis. ne cui dicerent  
de illo. Et cepit docere eos quoniam opor-  
tet filium hominis pati multa & repro-  
bati a senioribus et a sacerdotibus et  
scribis & occidi. & post tres dies resur-  
gere. Et palam uerbum loquebatur.  
& apprehendens eum Petrus cepit i-

crepare eum. Quod conuersus et uidens  
discipulos suos. comminatus est Petro  
dicens. Vade retro me. Sathana. quoniam non  
sapis que dei sunt. sed que sunt homi-  
num. Et conuocata turba cum disci-  
pulis suis. dixit eis. Si quis uult me  
sequi. denegat semetipsum. & tollat  
crucem suam & sequatur me. Qui non  
uoluerit animam suam saluam facere  
perdet eam. qui autem perdidit animam  
suam pro me & euangelium. saluam  
faciet eam. Quod enim proderit homini  
si lucret mundum totum & detrimere  
eum anime sue faciat. Aut quod homo  
commutationis dabit pro anima sua.  
Quem me confessus fuerit & uer-  
ba mea in generatione ista adultera  
& peccatrice. & filius hominis con-  
fitebitur eum cum uenerit in gloria  
patris sui cum angelis sanctis. Et di-  
cebat illis. Amen dico uobis. quia sunt  
quidam de his stantibus qui non gustabunt  
mortem donec uideant regnum  
dei ueniens in uirtute.

Post dies sex assumpsit  
Iesus Petrum & Iacobum  
& Iohannem et ducit il-  
los in montem excelsum  
solos. & transfiguratus est coram ipsis  
Et uestimenta eius facta sunt splen-  
dida & candida nimis uelut nix. &  
qualia fullo non potest super terram  
candida facere. Et apparuit illis he-  
lius cum Moyse. et erant loquentes  
cum Iesu. Et respondens Petrus ait  
Iesu. Rabbi bonum est nos hic esse.

& faciamus tria tabernacula tibi unum  
et Moysi unum. & helie unum. Non  
enim sciebat quod diceret. Erant enim  
timore exterriti. Et facta est nubes  
obumbrans eos. & uenit uox de nu-  
be dicens. hic est filius meus charis-  
simus. audite illum. Et statim circūspicien-  
tes. neminem amplius uiderunt. nisi  
jesum tantum secum. Et descendentibus  
illis de monte precepit illis ne cui-  
quam quod uiderunt narrant. nisi cum  
filius hominis a mortuis resurrexerit.  
Et uerbum contulerunt apud se. con-  
gruentes quid esset cum a mortuis re-  
surrexerit. Et interrogabant eum di-  
centes. Quid ergo dicunt pharisei &  
scribe quia heliam oportet uenire. primus  
qui respondens ait illis. Helias cum ue-  
nerit primo restituet omnia. & quo  
modo scriptum est in filius hominis.  
ut multa patietur. et contematur. &  
sed dico uobis. quia & helias uenit. & fe-  
cerunt illi quecumque uoluerunt sicut  
scriptum est de eo. Et ueniens ad di-  
scipulos suos. uidit turbam magnam.  
circa eos. et scribis congregatis cum  
illis. & confestim omnis populus ui-  
dens iesum stupefactus est. & expro-  
uerunt. & accurrentes salutabant e-  
um. Et interrogauit eos. Quid inter-  
uof congregatis. Et respondens unus  
de turba. dixit. Magister atuli fi-  
lium meum ad te habentem spiritum mu-  
tum. quia ubicumque eum apprehenderit.  
alludit illum. & spumat. & stridet de  
tibi. et arefcit. Et duxi discipulis uiu-  
erant illum. & non potuerunt. Q

respondens eis dixit. O generatio in-  
credula quod diu apud uos ero. quod diu uo-  
patiar. Afferite illum ad me. Et  
attulerunt eum. Et cum uidisset eum  
statim spiritus conturbauit illum. et elisus  
in terram uolutabat spumans. Et in-  
terrogauit patrem eius. Quomodo tem-  
poris est ex quo ei hoc accidit. At  
ille ait. Ab infantia. Et frequenter  
eum in igne. & in aquam misit. ut  
eum perderet. Sed quid potes adiu-  
ua nos miserus nostri. Iesus autem  
ait illi. Si potes credere. omnia pos-  
sibilia sunt credenti. Et continuo ex-  
clamans pater pueri cum lachrymis  
iuebat. Credo domine adiuua incredu-  
litatem meam. Et cum uidisset iesus  
concurrentem turbam. comminatus  
est spiritum immundo dicens illi. Sur-  
de. & mute spiritus. ego precipio  
tibi exi ab eo. & amplius ne introe-  
as in eum. Et exclamans. & mul-  
tum discerpens eum. exiit ab eo. &  
factus est sicut mortuus. ita multi  
dicerent. quia mortuus est. Iesus autem  
tenens manum eius eleuauit eum. &  
surrexit. Et cum introisset in do-  
mum. discipuli eius secreto interroga-  
bant eum. Quare nos non potuimus  
eicere eum. Et dixit illis. hoc ge-  
nus in nullo potest exire. nisi in  
oratione. & ieiunio. Et uide. presertim  
pretergredebant galileam. nec uo-  
lebat quoniam scire. Dicebat autem  
discipulos suos. & dicebat illis quoniam  
filius hominis tradetur in manus ho-  
minum. et occident eum. & occisus

certa die resurget. At illi ignora-  
bant uerbum & timebant interro-  
gare eum. Et uenerunt capharnaui.  
Q cum domi essent interrogabat eos.  
Q uid in uia tractabatis? At illi ta-  
cebant. Si quidem in uia inter se disp-  
tauerant. Quis eorum maior esset. Et  
residens uocauit duodecim & ait  
illis. Si quis uult primus esse. erit om-  
nium nouissimus & omnium ministe-  
r. Et accipiens puere statuit eum in me-  
dio eorum. quem cum complexus  
esset ait illis. Quisquis unum ex huius-  
modi pueris receperit in nomine me-  
o recipit. & quemque me suscepit  
non me suscipit. sed eum qui misit me.  
R espondit illi iohannes dicens. Ma-  
gister uidimus quendam in nomine  
tuo eicientem demonia qui non seq-  
uitur nos & prohibemus eum. Iesus autem  
ait. Nolite prohibere eum. Nemo est  
enim qui faciat uirtutem in nomine  
meo & possit cito male loqui de me.  
Q uoniam non est aduersum uos pro uo-  
bis est. Quisquis enim potum dederit  
uobis calicem aque frigide in nomine  
meo. quia Christus estis. Amen dico uo-  
bis non perdet mercedem suam. Et si  
quisquis scandalizauerit unum ex hi-  
is pusillis credentibus in me. bonum est  
ei magis si circumdaretur mola asina.  
Et si scandalizauerit te manus tua. t-  
abscede illam. Bonum est tibi debi-  
lem introire in uitam qui duas manus  
habentem ire in gehennam in ignem  
inextinguibilem ubi uermis eorum non

moritur & ignis non extinguitur.  
Et si pes tuus te scandalizat ampe-  
ta illum. Bonum est tibi claudum in-  
troire in uitam eternam qui duos pe-  
des habentem mitti in gehennam igni  
inextinguibilem ubi uermis eorum non  
moritur & ignis non extinguitur.  
Et si oculus tuus scandalizat te eice  
eum. Bonum est tibi luseum introire  
in regnum dei qui duos oculos habe-  
tem mitti in gehennam ignis ubi ue-  
rmis eorum non moritur & ignis non  
extinguitur. Omnis enim igne salie-  
tur & omnis uictima sale salietur.  
Bonum est sal. Et si sal insulsus fue-  
rit in quo illud conditum. habete in  
uobis sal & pacem habete inter uos.

Unde exurgens uenit  
in fines iudee ultra ior-  
daniam & conueniunt  
iterum turbe ad eum  
& sicut consueuerat iterum docebat  
illos. Et accedentes pharisaei interro-  
gabunt eum si licet uiro uxorem  
dimittere tentantes eum. At ille  
respondens dixit eis. Quid uobis p-  
cepit moyses? Qui dixerunt. Moyses  
permisit libellum repudij scribere &  
dimittere. Quibus respondens iesus ait.  
Ad duritiam cordis uestri scripsit  
uobis preceptum istud. Ab initio  
autem creature masculinum & foe-  
minam fecit eos deus. Propter hoc re-  
linquet homo patrem suum et matrem  
& adheret ad uxorem suam. Et  
erunt duo in carne una. Itaque iam

non sunt duo: sed una caro. Quia ergo  
deus coniunxit: homo non separet. Et in  
domo iterum discipuli eius de eodem  
interrogauerunt eum. Et ait eis. Qui  
cumq; dimiserit uxorem suam et aliam  
duxerit: adulterium committit super  
eam. Et si uxor dimiserit uirum suum  
et alium nupsit: mechatur. Et offerebant  
illi paruulos ut tangeret illos. Discipu-  
li autem comminabantur offerentibus.  
Quos cum uideret Iesus indigne tulit.  
Et ait illis. Sinite paruulos uenire ad  
me: & ne prohibueritis eum. Talium enim  
est regnum dei. Amen dico uobis: quod  
quis non receperit regnum dei uelut  
paruulus: non intrabit in illud. Et com-  
plexans eos & imponens manus super  
illos benedicebat eos. Et cum egressus  
esset in uiam: perueniens quidam genuflexo  
ante eum rogabat eum dicens. Magis-  
ter bone: quid faciam ut uitam eter-  
nam percipiam? Iesus autem dixit ei. I-  
quid me dicis bonum? Nemo bonus ni-  
si unus deus. Precepta nostra: ne adulte-  
res: ne occidas: ne fureris: ne falsum  
testimonium dixeris: ne fraudem fe-  
ceris: honora patrem tuum & matrem.  
At ille respondens ait illi. Magister:  
hec omnia obseruaui a iuuentute mea.  
Iesus autem intuitus eum dilexit eum  
& dixit ei. Unum tibi deest. Vade: quod  
cumq; habes uende: & da pauperibus: &  
habebis thesaurum in celo: & ueni se-  
quere me. Quod contristatus in uerbo  
abiit: moerens. Erat enim habens multas  
possessiones. Et circumspectus Iesus ait  
discipulis suis. Quod difficile est pecunias

habere: in regnum dei introibunt. Di-  
scipuli autem obstupebant in uerbis  
eius. Et Iesus rursus respondens ait  
illis. Filii: quod difficile est confiden-  
tes in pecuniis in regnum dei introire.  
Facilius est camelum per foramen acus  
transire: quam diuitem introire in regnum  
dei. Quidam magis admirabantur dicentes  
ad semetipsos. Et quis potest saluus fie-  
ri? Et intuens illos Iesus ait. Apud  
homines impossibile est: sed non apud  
deum. Omnia enim possibilia sunt apud  
deum. Et postcepit ei Petrus dicere.  
Ecce nos dimisimus omnia: et secuti  
sumus te. Respondens Iesus ait. Amen  
dico uobis: Nemo est qui reliquerit do-  
mum aut fratres aut sorores aut patrem  
aut matrem: aut filios aut agros pro me:  
& propter euangelium: qui non accipiet  
centies tantum nunc in tempore hoc: &  
domos & fratres & sorores & matres  
& filios et agros cum persecutionibus: &  
in seculo futuro uitam eternam. Multi  
autem erant primi nouissimi & no-  
uissimi primi. Erant autem in uia  
& ascendentes hierosolyman: & prece-  
debat illos Iesus. Et stupebant & se-  
quentes timebant. Et assumens iterum  
duodecim cepit illis dicere: que esse  
ei uentura. Quia ecce ascendimus hie-  
rosolyman: & filius hominis tradetur  
principibus sacerdotum & scribis & se-  
nioribus: & damnabunt eum morte: &  
tradent eum gentibus: & illudent ei:  
& conspuent eum: et flagellabunt eum:  
et interficient eum: & tertia die resur-  
get. Et accedunt ad eum Iacobus &

Iohannes filij Zebedei dicentes. Ma-  
gister uolumus ut quocumq; petierim  
facias nobis. At ille dixit eis. Quid  
uultis ut faciam uobis? Et dixerunt.  
Da nobis ut unus ad dexteram tuam et  
alius ad sinistram tuam sedeamus in  
gloria tua. Iesus autem ait eis. Nesci-  
tis quid petatis. potestis bibere calicem  
quem ego bibo. aut baptismo quo ego  
baptizor baptizari? At illi dixerunt  
ei. possumus. Iesus autem ait eis. Ca-  
licem quidem quem ego bibo bibetis. &  
baptismo quo ego baptizor baptizabi-  
mini. sedere autem ad dexteram me-  
am. ut ad sinistram non est meum da-  
re uobis. sed quod paratum est. Et au-  
dientes decem indignati sunt de Ja-  
cobo & Iohanne. Iesus autem uocans  
eos. ait illis. Scitis quia hi qui uidentur  
principari gentibus dominantur eis & pri-  
ncipes eorum potestatem habent ipso-  
rum. Non ita est autem in uobis. sed quicumq;  
uoluerit fieri maior erit. uester mini-  
ster. & quicumq; uoluerit in uobis prin-  
cipaliter esse. erit omnium seruus. Nam & fi-  
lius hominis non uenit ut ministra-  
retur ei. sed ut ministrare et daret  
animam suam redemptionem pro mul-  
tis. Et ueniunt hierico. Et proficiscen-  
tes de hierico & discipulis eius &  
plurima multitudo. filius Thimaei  
barthimeus cecus sedebat iuxta uiam  
mendicans. Quum audisset quia Iesus  
Nazarenus est. cepit clamare & di-  
cere. Iesu fili Dauid Iesu miserere mihi.  
Et comminabatur illi multi ut taceret.  
At ille multo magis clamabat. fili Da-

uid miserere mei. Et stans Iesus pre-  
cepit illum uocari. Et uocant eum  
dicentes ei. Daimegor esto. surge uo-  
cat te. Qui prodebo uestimento suo exi-  
liens uenit ad eum. Et respondens  
Iesus dixit illi. Quid tibi uis faciam?  
Cecus autem dixit ei. Rabboni ut  
uideam. Iesus autem ait illi. Vade.  
fides tua te saluum fecit. Et confe-  
ssim uidit & sequebatur eum in uia.

T cum appropinquaret  
hierosolymae & Bethame  
ad montem oliuarum. i-  
mittit duos ex discipulis  
suis. et ait illis. Ite in castellum quod  
contra uos est. & statim utrecentes  
illuc inuenietis pullum ligatum. sup  
quem nemo adhuc hominum sedit. sol-  
uite illum & adducite. Et si quis uobi  
dixerit quod facitis. dicite quia domi-  
no necessarius est. & continuo illi  
dimittet huc. Et abeuntes inuenerunt  
pullum ligatum. ante ianuam foris in  
buiuo & soluunt eum. Et quidam de  
illuc stantibus dicebant illis. Quid faci-  
tis soluentes pullum? Qui dixerunt  
eis sicut preceperat illis Iesus. & di-  
miserunt eis. Et duxerunt pullum  
ad Iesum. & imponunt illi uestimen-  
ta sua & sedit sup eum. Multi autem  
uestimenta sua strauerunt in uia. Alij  
autem frondes cedebant de arboribus.  
& sternebant in uia. Et qui preibant e-  
i sequebantur clamabant dicentes.  
Osanna benedictus qui uenit in nomine  
domini. benedictum qui uenit regno

p̄ri nostri Dauid olanna in excelsis Et  
introduit hierosolimam in templum &  
circūspēctis omnibus cum iam uespa esset  
hora. exiit in Bethaniam cum duode-  
cim. Et alia die cum exirent a Bētha-  
nia cecidit. Cūq; uidisset a longe ficū  
habentem folia. uenit siquē forte inue-  
nirēt in ea. Et cum uenisset ad eam.  
nihil inuenit p̄ter folia. Non erat  
tempus ficorum. Et respondens  
dixit ei. Jam non amplius in eternum  
ex te quicquam fructum manducet. Et  
audiebant discipuli eius & ueniunt  
iterum hierosolimam. Et cum introi-  
set in templum coepit eijcere uenden-  
tes & ementes in templo & mensas nu-  
mulariorum & cathedras uendentium  
columbas euertere. Et non sinebat ut  
quicquam transferret uas p̄ templum.  
& dicebat dicens eis. Nonne scrip-  
tum est domus mea. domus orationis  
uocabitur omnibus gentibus. Vos autē  
fecistis eam speluncam latronum. Quo  
audito principes sacerdotum & scribe  
querēbant quomodo eum p̄derent. Ti-  
mebant enim eum quoniam uniuersa turba  
admirabatur sup̄ doctrina eius. Et cum  
uespa facta esset egrediebatur de ciui-  
tate. Et cum mane transirent uiderēt  
ficum aridam factam a radicibus. Et  
recordatus Petrus dixit ei. Rabbi ecce  
ficus cui male dixisti aruit. Et re-  
spondens Iesus ait illis. Habete fidem  
dei. Amen dico uobis. quia quicunq;  
dixerit huic monti tolle & mitte  
in mare. & non hesitauerit in corde  
suo. sed crediderit quia quodecunq;

dixerit fiat. fiet ei. Propterea dico  
uobis omnia quecunq; orantes petitis.  
credite quia accipietis & euenient uo-  
bis. Et cum stabitis ad orandum. di-  
mittite siquē habetis aduersus aliquem  
ut & p̄ter uester quod in celis est dimittat  
uobis peccata ustra. Quod si uos non di-  
miseritis. nec pater uester quod in celis est  
dimittat uobis peccata ustra. Et ueni-  
unt rursus hierosolimam. Et cum  
ambulare in templo. accedunt ad eos  
summi sacerdotes et scribe & seniores.  
& dicunt ei. In qua potestate hec fa-  
cis. & quis dedit tibi hanc potestatem  
ut ista facias. Iesus autem respondit  
ait illis. Interrogabo uos & ego unum  
uerbum & respondete mihi. & dicite  
uobis in qua potestate hec faciam. &  
Baptismus Iohannis de celo erat. an  
ex hominibus. Respondite mihi. At il-  
li cogitabant secum dicentes. Si dix-  
erimus de celo. dicet nobis. Quare e-  
go non credidistis quod. Si dixerimus  
ex hominibus. timemus populum. Cui  
enim habebant Iohannem quia uere pro-  
pheta esset. Et respondentes dicunt  
Iesu. Nescimus. Et respondens Iesus  
ait illis. Neque ego dico uobis in qua  
potestate hec faciam.

Tecepit illis in parabolis  
loq. Vincam pascinauit  
homo & circūdedit se-  
pem. et fodit lacum. &  
edificauit turrim. & locauit eam  
agricolis & peregre p̄fectus est. Et  
misit ad agricolas in tempore serui.

ut ab agricolis acciperet de fructu  
uinee. Quapprehensum cum ceciderunt  
& dimiserunt uacuum. Et iterum  
misit ad illos alium seruum & illum  
in capite uulnerauerunt & contume-  
lyis affecerunt. Et rursus alium misit  
& illum occiderunt & plures alios  
quosdam cedentes alios uero occiden-  
tes. Adhuc ergo unum habuit filium  
charissimum et illum misit ad eos no-  
uissimum dicens quia reuertentur  
filium meum. Coloni autem dixerunt  
ad inuicem. Hic est heres. Venite oc-  
cidamus eum & nostra erit hereditas.  
Et apprehendentes eum occiderunt &  
eiecerunt extra uineam. Quid ergo  
faciet dominus uinee. Veniet & per-  
det colonos & dabit uineam alijs.  
Nec scripturam hanc legistis. Lapidem  
quem reprobauerunt edificantes hic  
factus est in caput anguli a domino fac-  
tum est istud et est in oculis nostris.  
Et querebant eum tenere & tenuerunt  
turbam. Cognouerunt enim quoniam ad  
eos parabolam hanc dixerat. Et relicto  
eo abierunt. Et mittunt ad eum quos-  
dam ex pharisaeis & herodianis ut eum  
caperent in uerbo. Qui uenientes dixerunt  
ei. Magister scimus quia uerax es & non  
curas quemquam. Nec enim uidet in facie  
hominum sed in ueritate uiam dei do-  
ces. Licet dari tributum Caesari an non  
dabimus. Quis sciens ueritatem illorum  
ait illis. Quid me tentatis. Afferte  
michi denarium ut uideam. Et illi  
tulerunt eum. Et ait illis. Cuius est  
imago haec & inscriptio. Dicunt ei

Caesaris. Respondens autem Jesus  
dixit illis. Reddite igitur quae sunt  
Caesari Caesari & quae sunt dei deo.  
Et mirabantur super eum. Et uenerunt  
ad eum saducei qui dicunt resurrectionem  
non esse & interrogabant eum  
dicentes. Magister Moyses nobis scripsit  
ut si cuius frater mortuus fuerit  
et dimiserit uxorem & filios non  
reliquerit accipiat frater eius uxorem  
ipsius & refusetur semen fratri suo. Sep-  
tem ergo fratres erant & primus acce-  
pit uxorem & mortuus est non re-  
licto semine. Et secundus accepit eam  
& mortuus est & nec ille reliquit se-  
mine. Et tertius similiter. Et acceperunt  
eam similiter septem & non reliquerunt  
semen. Nouissima omnium defuncta  
est & mulier. In resurrectione ergo  
cum resurrexerint cuius de his erit  
uxor. Septem enim habuerunt eam.  
Et respondens Jesus ait illis. Nonne  
is erratis non scientes scripturas neque  
uirtutem dei. Cum enim & mor-  
tuis resurrexerint neque nubent ne-  
que nubentur sed sunt sicut ange-  
li dei in caelis. De mortuis autem qui  
surgant non legistis in libro Moysi  
super tubum quomodo dixerit illi de-  
ingens. Ego sum deus Abraham & de-  
us Isaac & deus Iacob. Non est de-  
us mortuorum sed uiuorum. Vos er-  
go multum erratis. Et accessit unus  
de scribis qui audierat illos congrega-  
tes & uidens quoniam illis respon-  
derit interrogauit eum quod esset pri-  
mum omnium mandatum. Jesus autem

respondit ei. quia primum omnium mā-  
datum est. Audi Ihesus dominus deus tu-  
us deus unus est. & diliges dominum  
deum tuum ex toto corde tuo. & ex  
tota anima tua & ex tota mente tua  
& ex tota uirtute tua. hoc primum  
mandatum. Secundum autem simile  
est illi. Diliges proximum tuum tan-  
quam teipsum. Manus horum aliud mā-  
datum non est. Et ait illi scriba. De-  
ne magister in ueritate dixisti quia unus  
est deus & non est alius propter eum. Et  
ut diligat ex toto corde & ex toto in-  
tellectu et ex tota anima & ex tota  
fortitudine & diligere proximum tan-  
quam seipsum. manus est omnibus holocau-  
stomatibus & sacrificiis. Iesus autem ui-  
dens quod sapienter responderet. dixit  
illi. Non est longe a regno dei. Et  
nemo iam audebat eum interrogare.  
Et respondens Iesus dicebat docens in  
templo. Quomodo dicunt scribae che-  
filium esse dauid. Ipse enim dauid  
dicit in spiritu sancto. Dixit dominus domo  
meo sede a dextris meis. donec ponam  
inimicos tuos scabellum pedum tuorum.  
Ipsa ergo dauid dicit eum dominum. &  
unde est filius eius. Et multa tur-  
ba libenter eum audiebat. Et dicebat  
eis in doctrina sua. Cauete a scribis  
qui uolunt in stolis ambulare. & salu-  
ti in foro et in primis cathedris sedent  
in synagogis & primos discubitus in  
coenis. Quod deuorant domos uiduarum  
sub obtentu prece orationis. hi acci-  
pient prolixius iudicium. Et sedens  
Iesus contra gazophylacium aspice-

bat quomodo turba iactaret. et in ga-  
zophylacium. & multi diuites iecta-  
bant multa. Cum uenisset autem  
una uidua pauper. misit duo minuta.  
quod est quadrans. Et conuocans disci-  
pulos suos ait illis. Amen dico uobis.  
quoniam uidua hec pauper plus omnibus  
misit. quod miserunt in gazophylacium.  
Omnes enim ex eo quod abundabat illi  
miserunt. hec uero de penuria sua  
omnia que habuit misit totum uide-  
tum suum.

T cum egredere de tem-  
plo. ait illi unus ex disci-  
pulis suis. Magister  
aspice quales lapides &  
quales structure. Et respondens Iesus  
ait illi. Vide has omnes magnas edi-  
ficationes. Non relinquetur lapis super  
lapidem qui non destruat. Et cum  
sederet in monte oliuarum. contra tem-  
plum. interrogabant eum separatim pe-  
trus & iacobus et iohannes. Dic no-  
bis quoniam ista fient. & quod signum erit  
quoniam hec omnia incipient consumari.  
Et respondens Iesus cepit dicere illis.  
Videte ne quis uos seducat. Mul-  
ti enim ueniunt in nomine meo dice-  
tes quia ego sum. & multos seducente.  
Cum audieritis autem bella. & opi-  
niones bellorum. ne timueritis. Oportet  
enim hec fieri. sed nondum finis. Exi-  
get enim gens super gentem. & regnum  
super regnum. & erunt terremotus per-  
loci et fames. Initium dolorum hec.  
Videte autem uosmetipsos. Cadent



enim uos in concilijs & in synagogis uapulabitis & ante principes & reges stibitis pp me in testimonium illis. Et in omnes gentes primum oportet pdicari euangelium. Et duxerint uos tradentes nolite preceogitare qd loquamini sed qd datum uobis fuerit in illa hora id loquamini. Non enim uo estis loquentes sed sps sanctus. Tradet autem frater fratrem in mortem & pater filium & consurgent filij in parente & morte afficient eos. Et eritis odio omnibus pp nomen meum. Qui autem sustinuerit in finem hic saluus erit. Cum autem uideritis abominationem desolationis stantem ubi non decet q legit intelligat. Tunc q in iudea sunt fugiant in montem & qui super tectum ne descendant in domum o nec introeat ut tollat qd de domo sua & q in agro erit non reuertatur retro tollere uestimentum suum. Et autem pregnantibus & nutrientibus in illis diebus orate uero ut hyeme n fiant. Erunt enim dies illi tribulationis tales quales non fuerunt ab initio creature quam condidit deus usq nunc neq fient. Et nisi breui asseret dñs dies non fuisset salua omnis caro. Sed propter electos quos elegit breuiant dies. Et tunc si quis uobis dixerit ecce hic est christus ecce illic ne credideritis. Exurgent enim pseudo christi & pseudo pphete & dabunt signa & portenta ad seducendos si fieri potest etiam electos. Vos ergo uidete. Ecce pcedi uobis

omnia. Sed in illis diebus post tribulationem illam sol contenebrabitur & luna non dabit splendorem suum. Et stelle celi erunt decedentes & uirtutes que in celis sunt mouebunt. Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cum uirtute & multa & gloria. Et tunc mittet angelos suos & congregabit electos suos a quatuor uentis & summo terrae usq ad summum celi. & ficu autem discite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit & nata fuerit folia cognoscitis qa in proximo sit aestas. Sic & uo cum uideritis hec fieri scitote q in proximo sit in ostijs. Amen dico uobis qm non transibit generatio hec donec omnia ista fiant. Celum & terra transibunt uerba autem mea non transibunt. De die autem illo ut hora nemo scit neq angeli in caelo neq filius nisi pater. Videte uigilate & orate. Nescitis enim qm tempus sit. Sicut homo q peregre profectus reliquit domum suam & dedit seruis suis potestatem cuiusq operis & uicitori precepit ut uigilet. Vigilate ergo. Nescitis enim qm dominus domus ueniat sero an media nocte an gallicantu an mane ne cum uenerit repente inueniat uos dormientes. Quod autem uobis dico omnibus dico uigilate.

Rat autem pascha & azuma post biduum cequerant summi sacer

doctes & scribe' quomodo cum dolo te-  
nerent & occiderent. Dicebant enim  
Non in die festo ne forte tumultus fie-  
ret in populo. Et cum esset bethanie  
in domo Simonis leprosi et recumbe-  
ret. venit mulier habens alabastrum un-  
guenti nardi spicati preciosi. et fracto  
alabastrum effudit sup caput eius. Erant  
autem quedam indigne ferentes intra se-  
metipsos & dicentes. Ut quid perditio  
ista unguenti facta est? Poterat enim  
unguentum istud uenundari plusquam  
trecentis denariis & dari pauperibus.  
Et fremebant in eam. Iesus autem dixit.  
Sinite eam. Quod illi molesti estis. Boni  
opus operata est in me. Semper enim  
pauperes habetis uobiscum. & cum uolu-  
eritis potestis illis bene facere. me autem  
non semper habebitis. Quod habuit hec fe-  
cit. praeuenit unguere corpus meum in  
sepulturam. Amen dico uobis ubicumque  
praedicatum fuerit euangelium istud  
uniuerso mundo. & quod fecit hec nar-  
rabit in memoriam eius. Et iudas sca-  
riotes unus de duodecim abiit ad sa-  
mos sacerdotes ut perderet eum illi. Qui  
audientes gauisi sunt. et promiserunt  
ei pecuniam se daturus. Et querebat  
quomodo illum oportune traderet.  
Et primo die azimorum quoniam pascha imo-  
labant. dicunt ei discipuli. Quo uis  
eamus & paremus tibi ut manducet  
pascha? Et mittit duos ex discipulis  
suis & dicit eis. Ite in ciuitatem &  
occurret uobis homo lagenam aquae  
bawlans. sequimini eum. & quocumque  
introtierit dicite domino domus quae

magister dicit. Vbi est refectio mea.  
ubi pascha cum discipulis meis man-  
ducem? Et ipse uobis demonstrabit  
coenaculum grande stratum & illic  
parare uobis. Et abierunt discipuli  
eius & uenerunt in ciuitatem. et in-  
uenerunt sicut dixerat illis. & pa-  
rauerunt pascha. Vespere autem facte  
to uenit cum duodecim. Et discum-  
bentibus eis & manducantibus ait Iesus.  
Amen dico uobis quia unus ex uobis  
tradet me qui manducat mecum. At  
illi coeperunt contristari & dicere  
ei singulatum. Nunquid ego? Qui ait  
illis. Unus ex duodecim qui intingit  
mecum manum in catino. Et filius  
quidem hominis uadit sicut scriptum  
est de eo. Ne autem homini illi per-  
quem filius hominis tradetur. Bonum  
erat ei si non esset natus homo ille.  
Et manducantibus illis. accepit Iesu  
panem. & benedicens fregit & de-  
dit eis & ait. Sumite. hec est corpus  
meum. Et accepto calice gratias agens  
dedit eis. Et biberunt ex illo omnes.  
Et ait illis. Hic est sanguis meus  
noui testamenti qui pro multis effun-  
detur. Amen dico uobis. quia iam non  
bibam de gemmine uitis usque in die  
illum. cum illud bibam nouum in  
regno dei. Et hymno dicto. exierunt  
in montem oliuarum. Et ait eis Je-  
sus. Omnes scandalizabimini in me  
in nocte ista. quia scriptum est. per-  
cutiam pastorem & dispergentur oves.  
Sed postquam resurrexero praecedam  
uos in galileam. Petrus autem ait il-

li & si omnes scandalizati fuerint: sed non ego. Et ait illi Jesus & mendico tibi quia tu hodie in nocte hanc per usque gallus uocem bis dederit: ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur. Et si oportuerit me simul comon tibi non te negabo. Similiter autem & omnes dicebant. Et ueniunt in praedum cui nomen gethsani. & ait discipulis suis. Sedete hic donec orem. Et assumit Petrum & iacobum & iohannem secum & cepit pauere & cadere. Et ait illis. **R**istis est anima mea usque ad mortem. sustinete hic & uigilate. Et cum processisset paululum: procidit super terram. & orabat ut si fieri posset: transiret ab eo hora: et dixit. Abba pater: omnia tibi possibilis sunt. transfer calicem hunc a me. Sed non quod ego uolo: sed quod tu. Et uenit. & inuenit eos dormientes. Et ait petro. Si mon dormis? Non potuisti una hora uigilare mecum? Vigilate & orate: ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est: caro uero firma. Et iterum abiens orauit eundem sermone dicens. Et reuersus de nouo inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati: et ignorabant: quod responderent ei. Et uenit tertio & ait illis. Dormite iam et reuescite: sufficit. Venit hora: ecce filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite: ecce qui me tradet prope est. Et adhuc colloquente: uenit iudas scarioth unus de duodecim: & cum

eo turba multa. cum gladijs & lignis missi & summis sacerdotibus et scribis & senioribus. Dederat autem traditor eis signum dicens. Quicumque osculatus fuerit ipse est: tenete eum & ducite eum. Et cum uenisset: statim accessit ad eum ait rabbi. Et osculatus est eum. Et illi manus iniecerunt in iesu & tenuerunt eum. Unus autem quidam de circumstantibus educens gladium: percussit seruum summi sacerdotis. & amputauit illi auriculam. Et respondens iesus ait illis. Tanquam ad latronem existis cum gladijs & lignis comprehendere me? Quotidie eram apud uos in templo docens & non me tenuistis. Sed ut impleantur scripturae. Tunc discipuli eius relinquentes eum omnes fugerunt. Adulescens autem quidam sequebatur eum amictus syndone super nudo. & tenuerunt eum. At ille reiecta syndone nudus profugit ab eis. Et adduxerunt iesum ad summum sacerdotem. & conuenerunt omnes sacerdotes & scribae & seniores. Petrus autem a longe secutus est eum usque in intro in atrium summi sacerdotis. & sedebat cum ministris ad ignem calefactum se. Summi uero sacerdotes & omne concilium querebant aduersus iesum testimonium: ut eum morti traderent: nec inueniebant. Multi autem testimonium falsum adicebant aduersus eum. & conuenientia testimonia non erant. Et quidam surgentes falsum testimonium ferebant aduersus eum dicentes. Quoniam au-

diuimus cum dicentem. Ego dissolui  
templum hoc manufactum & post tri-  
duum aliud non manufactum edificabo.  
& non erat conueniens testimo-  
nium illorum. Exurgens autem summus  
sacerdos in medium interrogauit Je-  
sum dicens. Non respondes quicquam  
ad ea que tibi obijciuntur ab his. Ille  
autem tacebat & nihil respondit. O-  
rursus summus sacerdos interrogabat  
eum & dixit ei. Tu es Christi filius dei  
benedicti. Iesus autem dixit illi. Ego  
sum. Et indebitis filium hominis sede-  
tem a dextris uirtutis dei & uenien-  
tem cum nubibus celi. Summus autem  
sacerdos scidentis uestimenta sua ait.  
Quid adhuc desideramus testes. Audi-  
stis blasphemiam. quid uobis uidetur.  
Qui omnes condemnauerunt eum esse  
reum mortis. Et coeperunt quidam co-  
spuere eum & uelare faciem eius. &  
colaphis eum cedere & dicere ei. ppheta  
est. Et ministri alapis eum cedebant.  
Et cum esset Petrus in atrio deorsum  
uenit una ex ancillis summus sacerdo-  
tis & cum uidisset Petrum calefacien-  
tem se aspiciens illum ait. Et tu cum  
Iesu Nazareno eras. At ille negauit  
dicens. Neque scio neque noui quod dicas.  
Et exiit foras ante atrium & gallus ex-  
tauit. Rursus autem cum uidisset  
illum ancilla coepit dicere circustan-  
tibus. quia hic ex illis est. At ille iterum  
negauit. Et post pusillum rursus qui  
astabant dicebant Petro. Vere ex illis  
es. nam et galileus es. Ille autem coepit  
anathematizare & iurare. quia nescio ho-

minem istum quem dicitis. Et sta-  
tim gallus iterum cantauit. Et reco-  
datus est Petrus uerbi quod dixerat  
ei Iesus. priusquam gallus cantet bis. ter-  
me negabis. Et coepit flere.

Et confestim mane con-  
siliu facientes summi  
sacerdotes cum senioribus  
& scribis et uniuerso  
concilio. uincientes Iesum duxerunt &  
tradiderunt Pilato. Et interrogauit  
eum Pilatus. Tu es rex iudeorum. At  
ille respondens ait illi. Tu dicis. Et  
accusabant eum summi sacerdotes in  
multis. Pilatus autem rursus inter-  
rogauit eum dicens. Non respondes  
quicquam. Vide in quibus te accusant.  
Iesus autem amplius nihil respondit  
ita ut miraretur Pilatus. Per diem  
autem festum solebat dimittere illis  
unum ex uinctis quocumque petissent.  
Erat autem qui dicebatur Barabbas. qui  
cum seditionis erat uinctus qui in sedi-  
tione fecerat homicidium. Et cum  
ascendisset turba. coepit rogare sicut  
semper faciebat illis. Pilatus autem  
respondit eis & dixit. Vultis dimit-  
tam uobis regem iudeorum. Sciebat  
enim quod pro inuidiam tradidissent eum  
summi sacerdotes. Pontifices autem  
concitauerunt turbam. ut magis Bar-  
rabam dimitteret eis. Pilatus autem  
iterum respondens ait illis. Quid ergo  
uultis faciam regi iudeorum. At  
illi iterum clamauerunt. Crucifige  
eum. Pilatus uero dicebat illis. Quid

enim mali fecit. At illi magis clam-  
bant. crucifige eum. Pilatus autem  
uolens populo satisfacere dimisit illi  
Barrabam & tradidit Iesum flagelli-  
cesum ut crucifigeret. Milites autem  
duxerunt eum in atrium pretorii &  
conuocant totam cohortem. & indu-  
unt eum purpura. & imponunt ei  
plectentes spinam coronam. & cepe-  
runt salutare eum. Aue Rex iudeo-  
rum. Et percutiebant caput eius har-  
dine. & conspuebant eum. & ponen-  
tes genua adorabant eum. Et postquam  
illulerunt ei. exuerunt illum purpura.  
& induerunt eum uestimentis suis.  
et educunt illum ut crucifigerent  
eum. & angariauerunt pretereunte  
quempiam Simonem cyrenicum ueniente  
de uilla patrem Alexandri & rufi  
ut tolleret crucem eius. Et perducunt  
illum in golgotha locum quod est in-  
terpretatum caluarie locus. Et dabant  
ei bibere myrrhatum uinum. & non  
accepit. Et crucifigentes eum diuiserunt  
uestimenta eius. mittentes sortem  
super eis quod quid tollerent. Erat  
autem hora tertia et crucifixerunt  
eum. Et erat titulus cause eius inscri-  
tus. Rex iudeorum. Et cum eo  
crucifigunt duo latrones. unum a dex-  
tris & alium a sinistris eius. & im-  
pleta est scriptura que dicit. Et cum  
iniquis reputatus est. & pretereun-  
tes blasphemabant eum. mouentes ca-  
pita sua & dicentes. Vah qui destruis  
templum dei. & in tribus diebus re-  
edificas. Saluum fac te metipsum de-

scendens de cruce. Similiter & sum-  
mi sacerdotes illudentes ad alteru-  
trum. cum scribis dicebant. Alios sal-  
uos fecit. seipsum non potest saluus  
facere. Christus rex israel descendat  
nunc de cruce. ut uideamus & cre-  
damus. Et qui cum eo crucifixi erant  
conuertiabant ei. & facta hora sexta  
tenebre facte sunt per totam terram.  
usque in horam nonam. Et hora nona.  
exclamauit Iesus uoce magna dicens.  
heloj heloj. lamazabattani. Quod est  
interpretatum. Deus meus deus meus.  
ut quod dereliquisti me. Et quidam  
de circumstantibus audientes dicebant.  
Ecce Heliam uocat. Currens autem  
unus & implens spongiam aceto cir-  
cumponensque calamo. potum dabat ei.  
dicens. Sinite. uideamus si ueniat  
helius ad deponendum eum. Iesus au-  
tem emissa uoce magna expirauit.  
Et uelum templi scissum est in duos  
summo usque deorsum. Videns autem  
centurio qui ex aduerso stabat. quia  
sic clamans expirasset. ait. Vere hic  
homo filius dei erat. Erant autem  
& mulieres de longe aspicientes. in-  
quas erat Maria magdalene & Ma-  
ria Jacobi minoris. & Ioseph mater  
& salome. & cum esset in galilea  
sequebantur eum. et ministrabant ei. &  
alie multe que simul cum eo ascende-  
rant ierosolimam. Et cum iam sero  
esset factum quia erat parasceue quod  
est ante sabbatum. uenit Ioseph ab-  
rimathia nobilis decurio. qui & ipse erat  
expectans regnum dei. & audacter

introuit ad pilatum & petijt corpus Iesu. Pilatus autem mirabatur si iam obisset: et accersito Centurione interrogauit eum si iam mortuus esset. Et cum cognouisset a Centurione donauit corpus Ioseph Ioseph autem mercatus syndonem & deponit eum in uoluit syndone: et posuit eum in monumento quod erat excisum de petra & aduoluit lapidem ad ostium monumenti. Maria autem Magdalene & Maria Ioseph aspicebant ubi poneretur.

T cum transisset sabbatum Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salome auerunt a porta ut uenientes ungerent Iesum. Et ualde mane una sabbatorum uenit ad monumentum orto iam sole. Et dicebant ad inuicem. Quis reuoluet a nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes uiderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus ualde. Et introeuntes in monumentum uiderunt iuuenem sedentem in dextris coopertum stola candida & obstupuerunt. Qui dicit illis. Nolite expauescere. Iesum queritis natiui arenum crucifixum surrexit non est hic. Et ecce locus ubi posuerunt eum. Sed ut dicit discipulis eius & Petro quia precedet uos in Galileam: ibi eum uidebitis sicut dixit uobis. At ille exeuntes fugerunt de monumento. Inuaserat enim eas tremor &

pauor: & nemini ququam dixerunt. Timebant enim. Surgens autem Iesus mane prima sabbati apparuit primo Marie Magdalene: de qua eiecerat septem demones. Illa uadens nuntiavit his qui cum eo fuerant lugentibus & flentibus: & illi audientes quia uerum et uisus esset ab ea non crediderunt. Post hec autem duobus ex his ambulanti bus ostensus est in alia effigie euntes in uillam: & illi euntes nuntiauerunt ceteris: nec illis crediderunt. Nouissime autem recumbentibus illis undecim apparuit & exprobrauit incredulitatem eorum & duritiam cordis: quia his qui uiderant eum resurrexisse non crediderunt. Et dixit eis. Euntes in mundum: uniuersum predicate euangelium: & omni creature. Qui crediderit & baptizatus fuerit: saluus erit: qui uero non crediderit: condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint: hec sequentur. In nomine meo demones eijcent: linguas loquentur nouas: serpentes tollent. Et si mortifere quid biberint: non eis nocebit. Super egros manus imponent: & bene habebunt. Et dominus quidem Iesus postquam locutus est eis: assumptus est in celum: & sedet ad dextris dei. Illi autem perfecti predicauerunt ubique domino cooperante: & sermone confirmante: sequentibus signis.

VCAS SYRIV  
 natione antioche  
 sis arte medicus  
 discipulus aposto  
 lorum postea pa  
 ulum secutus usq  
 ad consumationem eius seruens dno  
 sine crimine. Nam neq uxorem unq  
 habens neq filios. sepeuaginta et q̄  
 tuor annorum obyt in bithyniam  
 plenus spūsancto. Q. cum iam scrip  
 ta essent euangelia p mattheum q  
 dem in iudea p marcum autem i  
 italia sancto instigante spiritu in o  
 achau partibz hęc scripsit euange  
 lium significans etiam ip̄e in princi  
 pio ante suum alia esse descripta.  
 Cui extra ea que ordo euangelice  
 expositionis exposcit. ea maxime  
 necessitas laboris fuit. ut primum  
 grecis fidelibz omni pphetatiōe ue  
 turi in carnem dei ch̄e manifesta  
 ta humanitate ne iudaicis fabulis  
 attenti in solo legis desiderio tene  
 rentur. ut ne hereticis fabulis ex st̄  
 tis sollicitationibz seducti exaceret  
 a ueritate elaboraret. de hinc ut i  
 principio euangelij iohannis natui  
 tate presump̄ta cui euangelium ser  
 beret. et in quo electus scriberet in  
 dicaret contestans in se completa  
 esse que essent ab alijs inchoata. Cui  
 iō post baptismum filij dei a perfec  
 tione generationis in ch̄e implete

repetende a principio natiuitatis  
 humane potestas premissa est. ut  
 regrentibz demonstraret. in quo ap  
 prehensens erat p Nathan filium  
 Dauid introitu regrentis in Deum  
 generationis admisso idispabilis dei  
 ut predicant in hominibz ch̄e suum  
 pfecti opus hominis redire in se per  
 filium faceret. q per Dauid patrem  
 uenientibus iter precebat in ch̄e.  
 Cui Luce non immerito etiam scribe  
 dorum actuum ap̄toꝝ potestas in  
 ministerio datur ut deo in deum ple  
 no & filio pditionis extincto oratio  
 ne ab apostolis facta sorte domini  
 electionis numerus compleret. r  
 Sicq Paulus consumationem apostolici  
 actibz daret quem diu contra st̄m  
 lum recalcitrantem d̄ns elegisset. r  
 Qd & legitibz ac regrentibz deum  
 & si p singula expediri a nobis utile  
 fuerat. sciens tñ q opantem agricola  
 oporteat primum de fructibz suis r  
 edere uitauimus publicam curiosita  
 tem ne nō tam uolentibz deum mō  
 strasse uideremur. q fastidientibus  
 pdidisse.

VONIAM qdem  
 multi conati sunt or  
 dinare narratiōes q̄  
 in nobis complete s̄t  
 rerum sicut tradid̄

runt nobis q ab initio ipsi uiderunt & ministri fuerunt sermonis uisum est. & mihi assecuto omnia a principio diligenter ex ordine tibi scribere optime Theophile ut cognoscas eorum uerborum de quibus eruditus es ueritatem.

VIT IN DIEB

herodis Regis iudee sacerdos quidam nomine Zacharias de uice Abia & uxor illius de filiabus Aaron & nomen eius Elisabeth. Erant autem iusti ambo ante deum incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela et non erat illi filius eo quod esset Elisabeth sterilis & ambo peccassent in diebus suis. factum est autem cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine uicis sue ante deum secundum consuetudinem sacerdotum sorte exire ut incensum poneret ingressus in templum domini. Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi. Apparuit autem angelus domini stans a dextris altaris incensum. Et Zacharias turbatus est uide & timor irruit super eum. Dixit autem ad eum angelus. Ne timeas Zacharias quia exaudita est deprecatio tua & uxor tua Elisabeth pariet tibi filium & uocabis nomen eius Iohannem & erit illi gaudium tibi & exultatio et multi in eius natiuitate gaudebunt. Erat enim magnus coram domino & unum & sic

ram non biberit spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris sue & multos filios. Iste conuertens ad dominum deum ipsorum. Et ipse prececedens ante illum in spiritu & uirtute helie ut conuertat corda patris in filios & incredulos ad prudentiam iustorum parare domino plebem perfectam. Et dixit Zacharias ad angelum. Vn hoc sciam. Ego enim sum senex & uxor mea processit in diebus suis. Et respondens angelus dixit ei. Ego sum gabriel qui sto ante deum & missus sum loqui ad te & hoc tibi euangelizare. Et ecce eris tacens & non poteris loqui usque in diem quo hoc fuerit pro eo quod non credidisti uerbis meis que implebuntur in tempore suo. Et erat plebs expectans Zachariam et mirabatur quod tardaret ipse in templo. Et grossus autem non poterat loqui ad illos. Et cognouerunt quod uisionem uidisset in templo. Et ipse erat inueniens illis & permansit mutus. Et factum est ut impleti sunt dies officii eius abiit in domum suam. Post hos autem dies concepit Elisabeth uxor eius & occultabat se mensibus quibusque dicens. Quia sic fecit mihi dominus in diebus quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines. In mense autem sexto missus est angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee cui nomen Nazareth ad uirginem desponsatam uiro cui nomen erat Ioseph de domo dauid & nomen uirginis Maria. Et ingressus angelus ad eam dixit. AVE GRA PLENA DOMINUS



TECUM BENEDICTA TU INTER MULIE-  
RIBVS. Que cum audisset turbata  
est in sermone eius. & cogitabat qua-  
lis esset ista saluatio. Et ait angelus  
ei. Ne timeas Maria. inuenisti enim  
gratiam apud deum. Ecce concipies  
in utero & paries filium. & uocabis no-  
men eius Iesum. hic erit magnus & fi-  
lius altissimi uocabitur. Et dabit illi  
dominus deus sedem Dauid patris eius. & o-  
regnabit in domo Jacob in eternum.  
& regni eius non erit finis. Dixit autem  
Maria ad angelum. Quomodo fiet istud  
quoniam uirum non cognosco. Et  
respondens angelus dixit ei. Spiritus sanc-  
tus superueniet in te. & uirtus altissi-  
mi obumbrabit tibi. Ideoque & quod na-  
scetur ex te sanctum. uocabitur fili-  
us dei. Et ecce Elisabeth cognata  
tua. & ipsa concepit filium in senectute  
sua. Et hic mensus est sextus illi  
que uocatur sterilis. quia non erit im-  
possibile apud deum omne uerbum.  
Dixit autem Maria. Ecce ancilla  
domini. fiat mihi secundum uerbum  
tuum. Et discessit ab illa angelus.  
Ergo surgens autem Maria in diebus illis  
abiit in montana cum festinatione  
in ciuitatem iuda. & intrauit in do-  
mum Zacharie. et salutauit Elisabeth.  
Et factum est ut audiuit salu-  
tationem Maria. Elisabeth exul-  
tauit infans in utero eius. Et reple-  
ta est spiritu sancto Elisabeth. & ex-  
clamauit uoce magna & dixit. Be-  
nedicta tu inter mulieres. & bene-  
dictus fructus uentris tui. Et unde

hoc mihi. ut ueniat mater domini  
mei ad me. Ecce enim ut facta est  
uox saluationis tue in auribus meis. &  
exultauit in gaudio infans in utero  
meo. Et beata que credidisti. quoniam per-  
ficientur ea que dicta sunt tibi a do-  
mino. Et ait Maria. Magnificat ani-  
ma mea dominum. Et exultauit spiritus me-  
us in deo salutari meo. Quia respexit  
humilitatem ancille sue. Ecce enim  
ex hoc beatam me dicent omnes genera-  
tiones. Quia fecit mihi magna quoniam potens  
est & sanctum nomen eius. Et misericor-  
diaz eius a progenie in progenies. tamen  
tibi cum. Fecit potentiam in brachiis  
suis. dispersit superbos mente cordis sui.  
Deposuit potentes de sede & exalta-  
uit humiles. Et furientes impleuit bo-  
nis. & diuites dimisit inanes. Suscepit  
Iesus puerum suum recordatus miseri-  
cordie sue. Sicut locutus est ad pa-  
tres nostros Abraham & semini eius in  
secula. Mansit autem Maria quatuor  
mensibus tribus. & reuersa est in  
domum suam. Elisabeth autem imple-  
tus est tempus parienti. & peperit fili-  
um. Et audierunt uicini et cognati  
eius. quia magnificauit dominus misericor-  
diam suam cum illa & congratulaba-  
tur ei. Et factum est in die octauo. uen-  
erunt circumcidere puerum. & uo-  
cabant eum nomine patris sui Zacharie.  
Et respondens mater eius dixit. Ne-  
quaquam sed uocabitur Iohannes. Et dice-  
runt ad illam. Quia nemo est in cogni-  
tione tua qui uocet hoc nomine. Innu-  
bant autem patris eius quem uellet uo-

carum eum. Et postulans pugillarem i  
scripsit dicens Johannes est nomen  
eius. Et mirati sunt uniuersi. A per  
tum est autem illico os eius & lin  
gua eius. & loquebat̄ benedicens eū.  
E t factus est timor magnus sup omes  
uicinos eorum. & sup omnia montan  
iudee diuulgabant omnia uerba hęc  
& posuerunt omnes q̄ audierant in  
corde suo dicentes. Quis putas puer  
iste erit. Et enim manus domini erat  
cum illo. Et zacharias pater eius re  
pletus est spūscō. & prophetauit dice  
B enedictus dominus d̄s isrl̄. q̄a uisita  
uit & fecit redemptionem plebi suę.  
E t erexit cornu salutis nobis in domo  
Dauid pueri sui. Sicut locutus est per  
os sanctorum q̄ a seculo sunt. p̄pheta  
rum eius. Salutem ex inimicis nostris  
& de manu omnium q̄ oderunt nos.  
Ad faciendam misericordiam cum pa  
tribus nostris. & memorari testamen  
ti sui sancti. Iurandum qđ iurauit  
ad abraam p̄rem nostrę. daturum  
se nobis. Et sine timore de manu i  
nimicorum nr̄orū liberati. seruam  
illi. In sanctitate & iustitia coram ip̄o  
omnibus diebus nostris. Et tu puer pro  
pheta altissimi uocaberis. p̄rebit enim  
ante faciem domini parare uias eius.  
Ad dandam scientiam salutis plebi eius.  
in remissionem peccatorum eorū. Per  
uisera misericordie dei nostri. in q̄  
bus uisitauit nos orientis ex alto. Illu  
minare his q̄ in tenebris & umbra  
mortis sedent. ad dirigendos pedes  
nostris in uiam pacis. Puer autem

creuebat & confortabatur spiritu. c  
erat in desertis usq̄ in diem ostensio  
nis suę ad israhel.

Actum est autem in di  
ebus illis. exijt edictum  
a cesare augusto. ut  
describeretur uniuersus  
orbis. hęc descriptio prima facta est  
a p̄sidente syrię cyrino. Et ibant om  
nes. ut p̄fiterentur singuli in suam ci  
uitatem. Ascendit autem & ioseph a  
galilea de ciuitate nazareth in iude  
am ciuitatem dauid que uocatur bet  
leem. eo qđ esset de domo & familia  
dauid. ut p̄fiteretur cum maria de  
sponsata sibi uxore. p̄regnante. Factus  
est autem cum essent ibi impleti sūt  
dies ut parere. Et peperit filium.  
suum primogenitum. & panis eum  
inuoluit. & reclinauit eum i p̄se  
pio. q̄a non erat ei locus in diuerso  
rio. Et pastores erant in regione e  
dem uigilantes. & custodiētes ui  
gilia noctis sup gregem suum. Et  
ecce angelus domini stetit iuxta illos.  
& claritas dei circumfulxit illos. &  
tenuerunt timore magno. Et dixit  
illis angelus. Nolite timere. Ecce  
enim euangelizo uobis gaudium in  
gnum qđ erit in omni populo. quia  
natus est uobis hodie saluator. qđ est  
chr̄s d̄ns in ciuitate dauid. Et hec  
uobis signum. Inuenietis infantem pa  
nis inuolutum & positum i p̄sepio.  
Et subito facta est cum angelo mul  
titudo militię celestis laudantium.

deum & dicentium. Gloria in alti-  
simis deo & in terra pax hominibus  
bone uoluntatis. Et factum est ut  
discesserunt ab eis angeli in celum pa-  
stores loquebantur ad inuicem. Transe-  
amus usque bethleem & uideamus hec  
uerbum quod factum est quod fecit  
dominus & ostendit nobis. Et uene-  
runt festinantes & inuenerunt Ma-  
riam et Joseph & infantem positum  
in praesepe. Videntes autem cognoue-  
runt de uerbo quod dictum erat illi  
de puero hec. Et omnes qui audierunt  
mirati sunt. & de his que dicta erant  
a pastoribus ad ipsos. Maria autem con-  
seruabat omnia uerba hec conferens  
in corde suo. Et reuersi sunt pastores  
glorificantes & laudantes deum in  
omnibus que audierant & uiderant  
sicut dictum est ad illos. Et postquam  
consumati sunt dies octo ut circūcide-  
retur puer uocatum est nomen eius  
Iesus. Quod uocatum est ab angelis  
priusquam in utero conciperetur. Et post  
quam impleti sunt dies purgationis eius  
secundum legem Moysi. tulerunt il-  
lum in hierusalem. ut sisterent eum  
domino. sicut scriptum est in lege domini.  
quia omne masculinum adaperiens  
uuluum sanctum domino uocabitur. Et  
ut darent hostiam secundum quod dic-  
tum est in lege domini. par turturam  
aut duos pullos columbarum. Et ecce  
homo erat in hierusalem cui nomen  
Symeon. Et homo iste iustus & ti-  
moratus expectans consolationem israhel  
& spiritus sanctus erat in eo. Et respon-

sus accepit a spiritu sancto non in sumere  
se mortem nisi prius uideret christum  
domini. Et uenit in spiritu in templum  
Et cum inducerent puerum Iesum pare-  
tes eius ut facerent secundum consu-  
tudinem legis pro eo & ipse accepit  
eum in ulnas suas & benedixit deum  
& dixit. Nunc dimittis seruum tuum  
domine. secundum uerbum tuum in  
pace. Quia uiderunt oculi mei salua-  
re tuum. Quod parasti ante facies  
omnium populorum. Lumen ad re-  
uelationem gentium & gloriam plebi-  
tatis. Et erat pater eius & mater eius  
mirantes super his que dicebant de il-  
lo & benedixit illis Symeon & dixit  
ad Mariam matrem eius. Ecce positus  
est hic in ruam & in resurrectione  
multorum in israhel. et in signum cui con-  
tradictura & tuam ipsius animam  
pertransibit gladius. ut reuelentur  
ex multis cordibus cogitationes. Et ex-  
anna prophetissa filia phanuel de tri-  
bu Aser. hec precesserat in diebus  
multis & uixerat cum uiro suo annis  
septem a uirginitate sua. Et hec ui-  
dua usque ad annos octogintaquattuor  
que non discedebat de templo ieru-  
salem & obsecrationibus seruiens nocte  
ac die. Et hec ipsa hora superueniens  
confitebatur domino & loquebatur de il-  
lo omnibus que expectabant redemptio-  
nem israhel. Et ut profecerunt omnia se-  
cundum legem domini reuersi sunt in  
galileam in ciuitatem suam nazareth.  
Puer autem crescebat & confortaba-  
tur plenus sapientia et gratia dei erat

in illo. Et ibant parentes eius per  
omnes annos in hierusalem in die sole  
in pasce. Et cum factus esset annorum  
duodecim ascendentes illis in hiero-  
solyman secundum consuetudinem di-  
ci festi consumatisq; diebus cum rediret  
remansit puer Iesus in hierusalem & non  
cognouerunt parentes eius. Et existiman-  
tes autem illum esse in comitatu uene-  
runt iter diei & reqrebant eum inter  
cognatos & notos. Et non inueniente  
regressi sunt in hierusalem reqrentes  
eum. Et factum est post triduum in-  
uenerunt illum in templo sedentem in  
medio doctorum audientem illos & in-  
terrogantem eos. Stupebant autem om-  
nes qui cum audiebant super prudentiam &  
responsis eius & uidentes admirati sunt.  
Et dixit mater eius ad illum. Filius quid fe-  
cisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego  
dolentes querebamus te. Et ait ad illos.  
Quid est quod me querebatis? Nesciebatis  
quia in his que patris mei sunt oportet me  
esse? Et ipsi non intellexerunt uer-  
bum quod locutus est ad eos. Et desce-  
dit cum eis & uenit nazareth & erat  
subditus illis. Et mater eius conseruabit  
omnia uerba hec in corde suo. Et Iesus  
perficiebat etate & sapientia gratia apud de-  
um & homines.

Nono autem quinto decimo  
imperij tyberij cesaris pro-  
curante pontio pilato ju-  
deam tetrarcha autem  
galilee herode philippo autem fratre ei  
tetrarcha iudae & traconitidis regionis

& lysania abiline tetrarcha sub prae-  
cipibus sacerdotum Anna et caypha fac-  
tum est uerbum domini super iohannem  
zachariae filium in deserto. Et uenit  
in omnem regionem jordanis praedicare  
baptismum penitentie in remissionem  
peccatorum sicut scriptum est in libro se-  
monum Esai prophete. Vox claman-  
tis in deserto parate uiam domini rectas  
facite semitas eius. Omnis uallis imple-  
bitur & omnis mons & collis humilia-  
bitur. Et erunt praua in directa et aspe-  
ritas in uias planas & uidebit omnis caro  
salutare dei. Dicebat ergo ad turbas  
quae exiebant ut baptizarentur ab ipso  
Genimina uispare quis ostendit uobis  
fugere & uentura ira? Facite ergo frui-  
tus dignos penitentie & ne ceperitis  
dicere patrem habemus abraham. Dico  
enim uobis quia potens est deus de lapi-  
dibus istis suscitare filios abrahae. Iam  
enim securis ad radicem arboris posita  
est. Omnis ergo arbor non faciens o-  
fructum bonum excidetur & in igne  
imittetur. Et interrogabant eum tur-  
bae dicentes. Quid ergo faciemus? Re-  
pondens autem dicebat illis. Qui habet  
duas tunicas det non habenti et qui  
habet escas similiter faciat. Venit  
autem & publicani ut baptizarentur  
& dixerunt ad illum. Magister quid  
faciemus? Ad ille dixit ad eos. Nihil  
amplius quam quod constitutum est uo-  
bis faciatis. Interrogabant autem eum  
& milites dicentes. Quid faciemus & non?  
Et ait illis. Neminem concuratis  
neque calumniam faciatis & contenti

estote stipendys uiris. Exultante  
autem populo & cogitantibus omnibus  
in cordibus suis de Iohanne. ne forte  
ipse esset Christus. respondit Iohannes di-  
cens omnibus. Ego quidem aqua baptizo  
uos. ueniet autem fortior. cuius non  
sum dignus soluere corrigiam calca-  
mentorum eius. ipse uos baptizabit in  
spiritu sancto & igni. Cuius uentilabz  
in manu eius & purgabit aream suam  
& congregabit triticum horreum suum.  
palcas autem comburet igni inextingui-  
bili. Multa quidem & alia exhortans  
euangelizabat populo. Herodes autem  
tetrarcha cum corripere ab illo de  
herodiade uxore fratris sui. et de om-  
nibus malis que fecit. Herodes adiecit  
& hoc super omnia. et ineludit Iohanne  
in carcerem. Factum est autem cum  
baptizaretur omnis populus et Iesu  
baptizato & orante apertum est celus  
& descendit spiritus sanctus corporali spe-  
sicut columba in ipsum & uox de ce-  
lo facta est. Tu es filius meus dilectus.  
in te complacuit mihi. Et ipse Iesus e-  
rat incipiens quasi annorum triginta.  
ut putabat filius Ioseph. qui fuit heli. qui  
fuit mathat. qui fuit leui. qui fuit o-  
uelchi. qui fuit iane. qui fuit ioseph. qui  
fuit mathathie. qui fuit amos. qui fu-  
it Naum. qui fuit heli. qui fuit iage.  
qui fuit math. qui fuit mathathie. qui  
fuit sames. qui fuit ioseph. qui fuit iud.  
qui fuit lohana. qui fuit resa. qui fuit  
zorbabel. qui fuit salathiel. qui fuit  
neri. qui fuit melchi. qui fuit adai.  
qui fuit thosan. qui fuit helmadai. &

fuit her. qui fuit Iesu qui fuit heliezer.  
qui fuit Iorim. qui fuit mathat. qui fuit  
leui. qui fuit symeon. qui fuit iuda.  
qui fuit ioseph. qui fuit jona. qui fuit  
beluchim. qui fuit malcha. qui fuit ore-  
na. qui fuit mathatha. qui fuit Nath.  
qui fuit dauid. qui fuit Iesse. qui fuit  
obeth. qui fuit Booz. qui fuit salmon.  
qui fuit maason. qui fuit Ammadab. qui  
fuit ara. qui fuit esrom. qui fuit phare.  
qui fuit iude. qui fuit iacob. qui fuit isaa.  
qui fuit abrae. qui fuit thare. qui fuit  
Nachor. qui fuit saruch. qui fuit Ra-  
chau. qui fuit phalech. qui fuit heber.  
qui fuit sale. qui fuit chayna. qui fu-  
it Arphaxat. qui fuit sem. qui fuit  
Noe. qui fuit Lamech. qui fuit math.  
sale. qui fuit Cnoch. qui fuit Iareth. qui  
fuit Malalehel. qui fuit Chayna. qui fuit  
Enos. qui fuit Seth. qui fuit Adam.  
qui fuit Deus.

Iesus autem plenus spiri-  
tu sancto egressus est  
Iordane. & agebatur in  
spu in deserto diebus qu-  
draginta. & tentabatur a diabolo.  
& nihil manducauit in diebus illis.  
& consumatis illis esurie. Dixit aut-  
illi diabolus. Si filius dei es. die lapi-  
di huic. ut panis fiat. Et respondit  
ad illum Iesus. Scriptum est. quia non  
in pane solo uiuit homo. sed in omni  
uero dei. Et duxit illum diabolus  
in montem excelsum. & ostendit illi  
omnia regna orbis terre in momen-  
to temporis. & ait illi. Tibi dabo pote-

statem hanc uniuersam et gloriam il  
lorum quia mihi tradita sunt & cui uo  
lo do illa. Tu ergo prociens si adora  
ueris coram me: erunt tua omnia. Et  
respondens Jesus dixit illi. Scriptum  
est. Dominum deum tuum adorabis  
& illi soli serues. Et duxit illum in  
hierosolimam & statuit eum super pinnam te  
pli & dixit illi. Si filius dei es. mitte  
te hinc deorsum. Scriptum est enim  
angelis suis mandauit de te ut conser  
uent te: & quia in manibus tollent te ne  
forte offendas ad lapidem pedem tuum.  
Et respondens Jesus ait illi. Dicitur enim  
Non tentabis dominum deum tuum. Et  
consummata omni tentatione: diabolus  
recessit ab illo usque ad tempus. Et o  
egressus est Jesus in uirtute spiritus  
in galileam & fama exiit per uniuersa  
sam regionem de illo. Et ipse docebat  
in synagogis eorum & magnificabat  
ab omnibus. Et uenit nazareth ubi  
erat nutritus & intrauit secundum  
consuetudinem suam die sabbati in  
synagogam & surrexit legere. Et re  
ditus est illi liber Esaię prophetę. Et  
ut reuoluit librum inuenit locum &  
scriptum erat. Spiritus domini super me:  
propter quod unxit me euangelizare po  
uipibus misit me sanare contritos cor  
de predicare captiuos remissionem &  
cecis uisum dimittere contractos in  
remissionem predicare annum domi  
acceptum & diem retributionis. Et  
cum plicuisset librum reddidit mi  
nistro & seclit. Et omnium in syna  
goga oculi erant intendentes in eum.

Coepit autem dicere ad illos quia ho  
die impleta est hec scriptura in auri  
bus uestris. Et omnes testimonium illi  
dabant & mirabantur in uerbis gratie  
que precedebant de ore ipsius & dice  
bant. Nonne hic est filius ioseph?  
Et ait illis. Utique dicitis mihi hanc  
similitudinem. Me educe cura teipsum  
Quanta audiuimus facta in capharna  
naum. fac & hic in patria tua. Ait  
autem. Amen dico uobis quia nemo  
propheta acceptus in patria sua. In  
ueritate dico uobis multe uidux  
erant in diebus helie in israhel quoniam clausus  
est celum annis tribus & mensibus  
sex cum facta esset fames magna in  
omni terra & ad nullam illarum missus  
est helias nisi in sarcina sydonum ad  
mulierem uiduam. Et multi leprosi  
erant in israhel sub helisco propheta  
& nemo eorum mundatus est nisi  
Naama syrus. Et repleti sunt celus  
in synagoga ira hec audientes. Et  
surrexerunt & eiecerunt illum ex  
ciuitatem & duxerunt illum usque  
ad speculum montis super quem ciui  
tas illorum erat edificata ut precipi  
tarent eum. Ipse autem transiens per  
medium illorum ibat. Et descendit in  
capharnaum ciuitatem galilee: ibique  
docebat illos sabbatis. Et stupebant  
in doctrina eius quia in potestate erat  
sermo ipsius. Et in synagoga erat homo  
habens demonium imundum & ex  
clamauit uoce magna dicens. Sine quo  
nobis & tibi iesu nazarene? & uusti  
perdere nos. Scio te quia sis sanctus dei

Et increpauit illum Iesus dicens. Ob  
mutescet & exi ab eo. Et cum pro  
iecisset illud demonium in mediu  
exiit ab illo nihilque illum nocuit. Et  
factus est pauor in omnibus & collo  
quebantur ad inuicem dicentes. Quod  
hoc uerbum quia in potestate & uir  
tute imperat immundis spiritibus &  
exiunt. Et diuulgabat fama de  
illo in omnem locum regionis. Sur  
gens autem Iesus de synagoga itro  
uit in domum Simonis. Sorus autem  
Simonis tenebatur magnis febris &  
rogauerunt illum pro ea. Et stans  
super illam imperauit febrim & dimisit  
illam & continuo surgens ministra  
bat illis. Cum autem sol occidisset  
omnes qui habebant infirmos uariis lan  
guoribus ducebant illos ad eum. At  
ille singulis manus imponens curabat  
eos. Exibant autem demonia a mul  
tis clamantia & dicentia. quia tu es fi  
lius dei. Et increpans non sinebat  
ea loqui quia sciebant ipsum esse Chri  
stum. **F**acta autem die egressus ibat in de  
sertum locum & turbe reqerebant  
eum & uenerunt usque ad ipsum &  
detinebant illum ne discederet ab  
eis. Quibus ille ait. Quia & alijs ciuit  
atibus oportet me euangelizare regnu  
m dei quia ideo missus sum. Erat pre  
dicans in synagogis Galilee.

**A**dum est autem ex  
turbe irruerent in eum  
ut audirent uerbum  
dei & ipse stabat secus

stagnum Genesareth. Et uidit duas  
naues stantes secus stagnum. Pisce  
tores autem descenderant & laua  
bant retia. Ascendens autem in una  
naui que erat Simonis rogauit eum  
a terra reducere pusillum. Et sedens  
docebat de nauicula turbas. Ut ces  
sauit autem loqui dixit ad Simonem  
Duc in altum & laxate retia uestrum  
in capturam. Et respondens Simon  
dixit illi. Preceptor per totam noc  
tem laborantes nihil cepimus. In uer  
bo autem tuo laxabo rete. Et cum  
hec fecissent concluderunt piscium  
multitudine copiosam. Impetebatur  
autem rete coram. Et annuerunt so  
cys qui erant in alia naui ut uenirent  
& adiuuarent eos. Et uenerunt &  
impleuerunt ambas nauiculas ita ut  
pene mergerentur. Quod cum uideret  
Simon Petrus prociuit ad genua Iesu  
dicens. Exi a me domine quia homo  
peccator sum. Stupor enim circūde  
derat eum & omnes qui cum illo erat  
in captura piscium quam ceperant.  
Similiter autem Iacobum & Iohanne  
filios Zebedaei qui erant socii Simonis.  
Et ait ad Simonem Iesus. Noli ti  
mere. ex hoc iam homines eris capies.  
Et subductis ad terram nauibus  
relictis omnibus secuti sunt eum. Et  
factum est cum esset in una ciuita  
tum & ecce uir plenus lepra uidit  
Iesum et proiciens in faciem suam ro  
gauit eum dicens. Domine si uis po  
tens me mundare. Et extendens ma  
num tetigit eum dicens. Volo mu

dare. Et confestim lepra discessit ab illo. Et ipse precepit illi ut nemini diceret. sed uade ostende te sacerdoti et offer pro emundatione tua sicut precepit Moyses in testimonium illi. Perambulabat autem magis sermone de illo & conueniebant turbe multe ut audirent. & curarentur ab infirmitatibus suis. Ipse autem secedebat in desertum & orabat. Et factus est in una die et ipse sedebat docens. Et erant pharisaei sedentes & legum doctores qui uenerant ex omni castello galilee & iudee et hierosolymorum & uirtus domini erat ad sanandum eos. Et ecce uiri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus & querebant eum inferre & ponere ante eum. Et non inuenientes quae parte illum inferrent prope turba. ascenderunt supra tectus & per tegulas summisserunt eum cum lecto in medium ante Iesum. Quorum fidem ut uidit dixit. homo remittuntur tibi peccata tua. Et coeperunt cogitare scribae & pharisaei dicentes. Quis est hic qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata nisi solus deus? Et cognouit autem Iesus cogitationes eorum respondens dixit ad illos. Quid cogitatis mala in cordibus uestris? Quid est facilius dicere dimittantur tibi peccata an dicere surge & ambula? Et autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata ait paralytico Tibi dico surge tolle lectum tuum & uade in domum tuam. Et confestim con-

gens coram illis tulit lectum in quo iacebat & abiit in domum suam magnificans deum. Et stupor apprehendit omnes & magnificabant deum. Et repleti sunt timore dicentes quia uidimus mirabilia hodie. Et post haec exiit & uidit Iesus publicanum nomine Leui sedentem ad teloneum. & ait illi. Sequere me. Et relictis omnibus surgens secutus est eum. Et fecit ei conuiuium magnum leui in domo sua & erat turba multa publicanorum & aliorum qui cum illis erant discumbentes. Et murmurabant pharisaei & scribae eorum dicentes ad discipulos eius. Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis? Et respondens Iesus dixit ad illos. Non egent qui sani sunt medico. sed qui male habent. Non enim ueni uocare iustos sed peccatores ad poenitentiam. At illi dixerunt ad eum. Quare discipuli Iohannis ieiunant frequenter & orationes faciunt. similiter & pharisaeorum tui autem edunt & bibunt? Quibus ipse ait. Nunquid potestis filios sponsi dumcum illis est sponsus facere ieiunare? Venient autem dies & cum ablati fuerit ab illis sponsus tunc ieiunabunt in illis diebus. Dicebat autem & similitudinem ad illos. Quia nemo commissuram a nouo uestimento mittit in uestimentum uetus. alioquin & nouum rumpit & ueteri non conuenit commissura a nouo. Et nemo mittit unum nouum in utres ueteres. alioquin rumpet unum nouum utres. &



unum effundetur & utres bibunt  
Sed uinum nouum in utres nouos mit-  
tendum est & utraq; conseruantur.  
Et nemo bibens uetus statim uult no-  
uum dicit enim uetus melius est.

Actum est autem in sab-  
bato secundo primo cum  
transiret per sata uellebi  
discipuli eius spicas & i-  
manducabant confricantes manibus.  
Quidam autem pharisorum dicebant  
illis. Quid facitis quod non licet in sab-  
bato? Et respondens Iesus ad eos  
dixit. Nec hoc legistis quod fecit  
Dauid cum esurisset ipse & qui cum  
illo erant quod intrauit in domum  
dei & panes propositionis sumpsit &  
manducauit & dedit his qui cum ipso  
erant quos non licet manducare ni-  
si tantum sacerdotibus. Et dicebat illis quod  
dominus est filius hominis etiam sab-  
bati. Factum est autem & in alio sab-  
bato ut intraret in synagogam & do-  
ceret. Et erat ibi homo & manus ei  
dextra erat arida. Observabant autem  
scribae & pharisei si in sabbato curaret  
ut inuenirent unde accularent eum.  
Ipsus uero sciebat cogitationes eorum & ait  
homini qui habebat manum aridam.  
Surge & sta in medium. Et surgens  
stetit. Dixit autem ad illos Iesus. In-  
terrogo uos si licet si licet sabbato  
benefacere an male animam saluam  
facere an perdere? Et circumspectis o-  
nibus dixit homini. Extende manus  
tuam. Et extendit & restituta est

manus eius. Ipsi autem repleti sunt in-  
sipientia & colloquebantur ad inuicem  
quodnam facerent de Iesu. Factum est  
autem in illis diebus exiit in montem  
orare & erat prostratus in oratione dei.  
Et cum dies factus esset uocauit di-  
scipulos suos & elegit duodecim ex  
ipsis quos & apostolos nominauit. Simonem  
quem cognominauit Petrus & Andre-  
am fratrem eius Jacobum et Iohannem  
philippum & Bartholomeum Mat-  
theum & Thomam Jacobum Alpha  
& Simonem qui uocatur celotes & Ju-  
dam Iacobi & Judam scarioth qui fuit  
peditor. Et descendens cum illis ste-  
tit in loco campestri & turba discipu-  
lorum eius & multitudo copiosa ple-  
bis ab omni Iudea et hierusalem & mari-  
tima & Tyri et Sydonis qui uenerant  
ut audirent eum & sanarentur a la-  
guoribus suis. Et qui uexabantur a spi-  
ritibus unmundis curabantur. Et om-  
nis turba querebat eum tangere quia  
uirtus de illo exibat & sanabat omnes.  
Et ipse eleuatis oculis in discipulos  
suos dicebat. Beati pauperes quia uerum  
est regnum dei. Beati qui nunc esu-  
ritis quia saturabimini. Beati qui nunc  
fletis quia ridebitis. Beati eritis cum  
uos oderint homines & cum separa-  
uerint uos & reprobrauerint & cie-  
cerint nomen uestrum tanquam malum  
propter filium hominis. Gaudete in illa  
die & exultate ecce enim merces  
uestra multa est in caelo. Secundum  
hoc enim faciebant prophetis patres  
eorum. Veruntamen uos uobis diuitibus

q̄ habetis consolationem ur̄am. Ne uobis  
qui saturati estis. quia esurietis. Ne  
uobis q̄ ridetis nunc. quia lugebitis &  
flebitis. Ne cum benedixerit uobis. i  
omnes homines. Secundum hec enim  
faciebant. p̄phetis patres eor̄. Sed uo  
bis dico q̄ auditis. Diligite inimicos  
uestros. benefacite his q̄ uos oderunt.  
Benedicite maledicentibus uobis. & ora  
te p̄ calumniantibus uos. & q̄ te per  
cutit in maxillam p̄be. & alteram e  
ab eo q̄ aufert tibi uestimentum. etia  
tunicam noli prohibere. Omni autem  
petenti te tribue. & q̄ aufert que tu  
sunt ne repetas. Et prout uultis ut  
faciant uobis homines. & uos facite illi  
similiter. Et si diligitis eos q̄ uos dili  
gunt. que uobis est gratia. Nam  
& peccatores diligentes se diligunt. i  
Et si bene feceritis his q̄ uobis bene faci  
unt. que uobis est gratia. Siquidem  
& peccatores hoc faciunt. Et si mu  
tuum dederitis his a quibus speratis re  
cipere. que gratia est uobis. Nam  
& peccatores peccatoribus fecerant ut  
ut recipiant equalia. Veruntamen di  
ligite inimicos ur̄os benefacite. & mu  
tuum date nihil inde sperantes. et erit  
merces ur̄a multa. & eritis filij altis  
quia ipse benignus est sup̄ ingratos &  
malos. Et stote ergo misericordes. sicut  
& pater uester misericors est. Nolite  
iudicare. & non iudicabimini. Nolite  
condemnare. & non condemnabimini.  
Dimitte. & dimittentur. Date. & da  
bitur uobis. Mensuram bonam & co  
fertam. & coagitatam. et sup̄fluentem.

dabunt in sinum ur̄m. Eadem quipp̄  
mensura qua mensi fueritis remetiet̄  
uobis. Dicebat autem illis & simili  
tudinem. Nunquid potest cecus cecum  
ducere. Nonne ambo in foueam cadunt.  
Non est discipulus super magistra  
p̄fectus autem omnis erit. si sit sicut  
magister eius. Quid autem uidet festu  
cam in oculo fratris tui. trabem autem  
que in oculo tuo est non consideras.  
Aut quomodo potes dicere fratri tuo.  
frater sine cyeam festucam de oculo  
tuo. ipse in oculo tuo trabem non uide  
t. hypocrita ecce primum trabem de oc  
ulo tuo. & tunc p̄spicies ut educas fe  
stucam de oculo fratris tui. Non est  
enim arbor bona que facit fructus ma  
los. neq; arbor mala faciens fructum  
bonum. Unaqueq; enim arbor de fructu  
suo cognoscit. Neq; enim de spinis  
colligunt ficus. neq; de rubo uindem  
ant uiam. Bonus homo de bono thesa  
uro cordis sui proferunt bonum. & in  
lus homo de malo thesauro. p̄fert ma  
lum. Ex abundantia enim cordis os  
loquitur. Quid autem uocatis me do  
mine dñe. & non facitis que dico. i  
Omnis qui uenit ad me. & audit sermo  
nes meos. & facit eos. ostendam uo  
bis cui similis sit. Simil est homini. i  
edificanti domum q̄ fodit in altum.  
& posuit fundamentum supra petra.  
Inundatio autem facta illisum. est fl  
me domui illi. & non potuit eam mo  
uere. Fundata. n. erat supra petram.  
Qui autem audit. et non facit. similis e  
homini. edificanti domum suam sup̄

terram sine fundamento in quam illi  
sus est fluuius & continuo cecidit  
& facta est ruina domus illius mag<sup>m</sup>

¶ In autem impleto om  
nia uerba sua in aures ple  
bis. intrauit capharna<sup>m</sup>.  
Centurionis autem cui<sup>m</sup>  
dam seruum male habens erat mortu<sup>m</sup>  
q<sup>ui</sup> illi erat preciosus. Et cum audisset  
de Iesu. misit ad eum seniores iudeo  
rum rogans eum ut ueniret et salua  
ret seruum eius. Et illi cum uenisset  
ad Iesum rogabant eum sollicite dice  
tes ei q<sup>uia</sup> dignus est ut hoc illi pre  
stes. Diligit enim gentem n<sup>ost</sup>ram &  
synagogam ipse edificauit nobis. Ie  
sus autem ibat cum illis. Et cum iam  
non longe esset a domo. misit ad e<sup>um</sup>  
centurio amicos dicens. Domine noli  
uexari. Non enim sum dignus ut  
sub tectum meum intres propter q<sup>od</sup>  
& meipsum non sum dignum arbitra  
tus ut uenirem ad te. sed dic uerbo  
& sanabitur puer meus. Nam & ego  
homo sum sub potestate constitutus  
habens sub me milites & dico huic  
uade & uadit. & alio ueni & ue  
nit. et seruo meo fac hoc & facit.  
¶ Quo audito Iesus miratus est & con  
uersus sequentibus se turbis dixit.  
¶ Amen dico uobis nec in isrl tantam fi  
dem inueni. Et reuersi q<sup>ui</sup> missi fue  
rant domum inuenerunt seruum q<sup>ui</sup>  
languerat sanum. Et factum est de  
inceps ibat Iesus in ciuitatem que  
uocatur Naym & ibant cum eo

discipuli eius & turba copiosa. Cum  
autem appropinquaret porte ciuita  
tis ecce defunctus efferebatur filius  
unicus matris sue. Et hec uidua erat  
& turba ciuitatis multa cum illa. Qu<sup>ia</sup>  
cum uidisset dominus misericordia  
motus sup eam dixit illi. Noli flere  
& accessit & tetigit loculum. Hi aut<sup>em</sup>  
q<sup>ui</sup> portabant steterunt. Et ait. A do  
lescens tibi dico surge. Et resedit q<sup>ui</sup>  
erat mortuus & cepit loq<sup>ui</sup> & dedit  
illum matri sue. Accepit autem om<sup>nis</sup>  
timor & magnificabant deum dicen  
tes. ¶ & a ppheta magnus surrexit in  
nobis. & q<sup>uia</sup> deus uisitauit plebem su<sup>am</sup>.  
Et exiit sermo in uniuersam iudeam  
de eo & omnem circa regionem. Et  
nuntiauerunt Iohanni discipuli eius  
de omnibus his. Et conuocauit duos de  
discipulis suis Iohannes & misit ad Je  
sum dicens. Tu es q<sup>ui</sup> uenturus es an  
alium expectamus. Cum autem ue  
nissent ad eum uiri dixerunt. Iohanne  
baptista misit nos ad te dicens. Tu es  
q<sup>ui</sup> uenturus es an alium expectamus.  
In ipsa autem hora multos curauit &  
languoribus suis & plagis & spiritibus ma  
lis & cecis & multis donauit uisum.  
Et respondens dixit illis. E untes re  
nuntiate Iohanni que audistis & ui  
distis. Quia ceci uident. claudi am  
bulant. leprosi mundantur. surdi au  
diunt. mortui resurgunt. pauperes euan  
gelizantur. & beatus est q<sup>ui</sup> uisus non  
fuerit scandalizatus in me. Et cum  
discessissent nuntij Iohannis. cepit de  
Iohanne dicere ad turbas. Quid existis

in desertum uidere. Arundinem uen-  
to agitatum. Sed qd existis uidere.  
Hominem mollibus uestimentis indutum.  
Ecce q in ueste preciosa sunt & delictis i  
domibus regum sunt. Sed quid existi  
uidere. Prophetam. Vtiq dico uobis  
& plusq prophetam. Hic est de quo  
scriptum est. Ecce mitto angelum me-  
um ante faciem tuam. q preparauit i  
uiam tuam ante te. Dico enim uobis  
maior inter natos mulierum propheta Jo-  
hannes baptista nemo est. Quia autem mi-  
nor est in regno dei. maior est illo. Et  
omnis ppis audiens & publicani iusti-  
ficauerunt. Iesum baptizari baptismo Jo-  
hannis. Pharisei autem et legis periti  
consilium dei speruerunt in semetipso  
non baptizati ab eo. Dixit autem dñs.  
Cui ergo similes dicam homines genera-  
tionis huius & cui similes sunt. Simi-  
les sunt pueris sedentibus in foro. & lo-  
quentibus ad inuicem et dicentibus.  
Cantauimus uobis tybis & non saltastis.  
Lamentauimus & non plorastis. Venit  
autem Iohannes baptista neq manduca-  
panem. neq bibens unum. & dicitis.  
Demonium habet. Venit filius hominis  
manducans & bibens & dicitis. Ecce  
homo deuorator & bibens unum. am-  
icus publicanorum et peccatorum. Et  
iustificata est sapientia ab omnibus fili-  
is suis. Rogabat autem illum qdam  
de phariseis ut manducaret cum illo.  
Et ingressus domum pharisei discubuit.  
Et ecce mulier que erat in ciuitate pec-  
catrix. ut cognouit q Iesus accubuit  
in domo pharisei. attulit alabastrum u-

guenti & stans retro secus pedes eius.  
Lachrymis coepit rigare pedes eius. &  
capillis capitis sui tergebat & osculab-  
tur pedes eius & unguento ungebat.  
Videns autem phariseus q uocauerat.  
eum ait intra se dicens. Hic si esset pro-  
pheta sciret utiq que & qualis est mu-  
lier que tangit eum. q peccatrix est.  
Et respondens Iesus dixit ad illum. Si-  
mon heo tibi aliquid dicere. At ille  
ait. Magister dic. Duo debitores erant  
cuidam sceneratori. unus debebat dena-  
rios quingentos & alius quinquaginta. Non  
habentibus illis unde redderent. donauit  
utrisq. Quis ergo eum plus diligit.  
Respondens simon dixit. Estimo q  
is cui plus donauit. At ille dixit ei. Ies-  
te iudicasti. Et conuersus ad mulierem  
dixit Simoni. Vides hanc mulierem.  
Intraui in domum tuam. aquam pedibus  
meis non dedisti. Hec autem lachrymis  
rigauit pedes meos & capillis suis ter-  
sit. Osculum mihi non dedisti. hec aut-  
em ex quo intraui non cessauit osculari pe-  
des meos. Oleo caput meum non unxi.  
hec autem unguento unxit pedes meos.  
Propter qd dico tibi. Remittuntur ei  
peccata multa. qm dilexit multum.  
Cui autem minus dimittitur minus di-  
ligit. Dixit autem ad illam. Remittu-  
tur tibi peccata. Et ceperunt q simul  
accumbant dicere intra se. Qs est h-  
q etiam peccata dimittit. Dixit autem  
ad mulierem. Fides tua te saluam fecit.  
Vade in pace.

It factum est deinceps &  
ipse iter faciebat per ciui-  
tates & castella predica-  
& euangelizans regnum  
dei. & duodecim cum illo. & mulieres  
alique que erant curate a spiritibus ma-  
lignis & infirmitatibus. Maria que uocat  
magdalene de qua septem demonia ex-  
erant. & Iohanna uxor Chuze peurato-  
ris herodis & susanna & alie multe que  
ministrabant ei de facultatibus suis.  
Cum autem turba plurima conueniret  
et de ciuitatibus properarent ad eum. dicit  
per similitudinem. Exiit que semina  
seminare semen suum. Et dum seminat  
aliud cecidit secus uiam et conculcatur  
est. & uolucres celi comederunt illud.  
Et aliud cecidit supra petram. & natus  
aruit quia non habebat humorem. Et aliud  
cecidit inter spinas. & simul exorte sunt  
spine suffocauerunt illud. Et aliud ce-  
cidit in terram bonam & ortum fecit. &  
fructum centuplum. hec dicens clam-  
bat. Qui habet aures audiendi audiat.  
Interrogabant autem eum discipuli  
que esset hec parabola. Quibus ipse dixit  
uobis datum est nosse mysterium regni  
dei. ceteris autem in parabolis ut uide-  
tes non uideant. & audientes non in-  
telligant. Est autem hec parabola. Se-  
men est uerbum dei. Quod autem secus. i.  
uiam hi sunt que audiunt. deinde uenit  
diabolus. & tollit uerbum de corde e-  
orum ne credentes salui fiant. Nam  
que supra petram. que cum audierint cum  
gaudio suscipiunt uerbum. Et hi radi-  
ces non habent. quia ad tempus credunt

& in tempore tentationis recedunt. i.  
Quod autem in spinas cecidit. hi sunt qui  
audierunt. & a sollicitudinibus et diui-  
tijs & uoluptatibus uite euntes suffoca-  
tur. et non referunt fructum. Quod  
autem in bonam terram hi sunt que in co-  
de bono & optimo audientes uerbum  
retinent. et fructum afferunt in patie-  
tia. Nemo autem lucernam accendens  
opit eam. uase autem subtus lectum po-  
nit. sed supra candelabrum. ut intrante  
uideant lumen. Non est enim occul-  
tum quod non manifestetur. nec abscondi-  
tum quod non cognoscatur. & in palam  
ueniat. Videte ergo quid audiatis. Qui  
enim habet dabitur illi. et quecumque non  
habet etiam quod putat se habere auferetur.  
ab illo uenerunt autem ad illum mater  
& fratres eius. et non poterant adire eum  
prope turba. Et nuntiatum est illi. Ma-  
ter tua & fratres tui stant foris uolere  
te uidere. Qui respondens dixit ad  
eos. Mater mea & fratres mei hi sunt  
que uerbum dei audiunt & faciunt. Fac-  
tum est autem in una die. & ipse ascen-  
dit in nauiculam et discipuli eius. Et  
iit ad illos. Transierunt trans stagnum  
& ascenderunt. Et nauigantibus illis  
obdormiuit. & descendit pelle uenti  
in stagnum. et compellebantur & peri-  
ditabantur. Accedentes autem suscita-  
uerunt eum dicentes. Preceptor perimus.  
Et ille surgens increpauit uentum &  
tempestatem aque. et cessauit. & facta  
est tranquillitas. Dixit autem illis. Subi-  
est fides uestra. Quod timentes mirati sunt  
ad inuicem dicentes. Quis putas hic est?

Quia & uentis imperat & mari & obediunt ei. Et nauigauerunt ad regionem gerasenorum. que est contra galileam. Et cum de nauis egressus esset ad terram. occurrit illi uir quidam qui habebat demonium iam temporibus multis & uestimento non inducatur. neque in domo manebat. sed in monumentis. Is ut uidit Iesum proccidit ante illum & exclamans uoce magna dixit. Quid tibi & tibi est Iesu fili da altissimi. Obsecro te ne me torquas. Precipiebat enim spiritu immundo. ut exiret ab homine. Quis enim temporibus arripiebat illum & uinciebatur cathenis & compedibus custoditus. & ruptis uinculis agebatur a demonio in desertis. Interrogauit autem illum Iesus dicens. Quid tibi nomen est. Et ille dixit. Legio. Quia intrauerunt & demonia multa in eum. Et rogauerunt illum ne imperaret illis ut in abyssum irent. Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte. & rogabat eum ut pmitteret eis in illos ingredi. Et permisit illis. Exierunt ergo demonia ab homine. & intrauerunt in porcos. & impetu abijt grex per precipices in stagnum. & suffocatus est. Quod ut uiderunt facti qui pascebant fugerunt. & nuntiauerunt in ciuitatem & in uillas. Exierunt autem uidere quod factum est. & uenerunt ad Iesum. et inuenerunt hominem sedentem a quo demonia exierant uestitum. ac sana mente ad pedes eius. et timuerunt. Nuntiauerunt autem illis & qui uiderant quomodo sanus factus esset a legione. Et rogauerunt illum omnis multitudo.

regionis gerasenorum. ut discederet ab ipsis. quia magno timore tenebant. Ipse autem ascendens nauim reuersus est. Et rogabat illum uir a quo demonia exierant. ut cum eo esset. Dimisit autem eum Iesus dicens. Redi in domum tuam & narra quod tibi fecit deus. Et abiit per uniuersam ciuitatem predicans quanta illi fecisset Iesus. Factum est autem eorum redisse. Iesus excepit illum turba. Erat autem omnes expectantes eum. Et ecce uenit uir cui nomen Jairus. & ipse princeps synagoge erat. & cecidit ad pedes Iesu. rogans eum ut intraret in domum eius. quia unica filia erat ei fere annorum duodecim. & hec moriebatur. Et contigit dum iret a turbis comprimebatur. & mulier quedam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim. que in medicos erogauerat omnem substantiam suam. & nec ab ullo potuit curari. Accessit retro & tetigit fimbriam uestimenti eius. & confestim stetit fluxum sanguinis eius. & ait Iesus. Quis est qui me tetigit. Negantibus autem omnibus. dixit petrus. & qui cum illo erant. Preceptor turbe te comprimunt & affligunt. & dicis quis me tetigit. Et dixit Iesus. Tetigit me aliquis. Nam & ego noui uirtutem de me exisse. Videns autem mulier quia non latuit. tremens uenit & proccidit ante pedes eius. & ob quam causam tetigerit eum indicauit coram omni populo. & quemadmodum confestim sanata sit. Et ipse dixit ei. Filia fides tua saluauit te. Vade in pace. Adhuc illo loquente. uenit quidam ad principem synagoge.

egre dicens ei quia mortua est filia tua.  
noli uexare illum. Iesus autem audito  
hoc uerbo respondit pater puellae. Noli  
timere. Crede enim & salua erit. Et eu-  
uenisset domum non permisit intrare se-  
cum quem nisi petrum & iacobum &  
Iohannem et matrem puellae.  
Flebant autem omnes et plangebant illi.  
Et ille dixit. Nolite flere. Non est mor-  
tua puella sed dormit. Et deridebant  
eum scientes quia mortua esset. Ipse autem  
tenens manum eius clamauit dicens. Pu-  
ella surge. Et reuersus est spiritus eius &  
surrexit continuo. Et iussit illi dare  
manducare. Et stupuerunt parentes ei-  
us quibus precepit ne alicui dicerent quod  
factum erat.

Conuocatis autem Iesus du-  
odecim apostolis dedit illis  
uirtutem & potestatem  
super omnia demonia. & ut  
languores curarent. Et misit illos pre-  
dicare regnum dei & sanare infirmos. Er-  
at ad illos. Nihil ualeritis in uia neque  
ungam neque peram neque panem neque pecu-  
niam neque duas tunicas habetis. Et in  
quacumque domum intraueritis ibi manete  
& inde ne exeatis. Et quicumque non rece-  
perint uos exeuntes de ciuitate illa etiam  
pulucrem pedum uestrorum excutite in testi-  
monium supra illos. Egressi autem cir-  
cuibant per castella euangelizantes & cu-  
rantes ubique. Audiuit autem herodes te-  
trarcha omnia que fiebant ab eo & hesi-  
tabat eo quod diceretur a quibusdam quia Ioha-  
nes surrexit a mortuis. a quibusdam uero

quia Helias apparuit. ab alijs autem quod  
propheta unus de antiquis surrexit. Et ait  
herodes. Iohannem ego decollauit. Quis est  
autem iste de quo talia audio. Et quere-  
bat uidere eum. Et reuersi apostoli narraue-  
runt illi quaecumque fecerunt & assumptis  
illis secessit deorsum in locum desertum  
quod est bethsaide. Quod cum cognouissent  
turbe secute sunt illum & excepit eos  
& loquebatur illis de regno dei & eos qui  
cura indigebant sanabat. Dies autem coe-  
perat declinare. Et accedentes duodecim  
dixerunt illi. Dimitte turbas ut euntes  
in castella uillasque que circa sunt diuer-  
tant & inueniant escas quia hic in loco de-  
serto sumus. At autem ad illos. Vos da-  
te illis manducare. At illi dixerunt.  
Non sunt nobis plusquam quinque panes &  
duo pisces nisi forte nos eamus & eme-  
mus in omnem hanc turbam escas. Erat  
autem fere uini quinquaginta milia. At autem  
ad discipulos suos. Facite illos discumbere  
per conuiuia quinquagenos et ita fecerunt.  
Et discubuerunt omnes. Accepit autem  
quinque panes & duobus piscibus respexit  
in celum & benedixit illis et fregit &  
distribuit discipulis suis ut ponerent  
ante turbas. Et manducauerunt omnes  
& saturati sunt. Et sublatum est quod  
superfuit illis fragmentorum copiam duode-  
cim. Et factum est cum solus esset oran-  
tans cum illo & discipuli & interroga-  
uit illos dicens. Quem me dicunt esse  
turbas. At illi responderunt & dixe-  
runt. alij Iohannem baptistam. alij autem  
Helium. alij uero quia unus propheta de  
prioribus surrexit. Dixit autem illis. Vos autem

¶ of autem quem me esse dicitis. Respon-  
dens Simon petrus dixit. Christus dei. At  
ille increpans illos precepit necu dice-  
rent hoc dicens quia oportet filium homi-  
nis multa pati & reprobari ab senioribus  
& principibus sacerdotum et scribis & oc-  
cidi et tertia die resurgere. Dicebat autem  
ad omnes. Si quis uult post me uenire ab-  
neget semetipsum & tollat crucem suam  
quotidie & sequatur me. Quoniam uol-  
erit animam suam saluam facere per-  
det illam. Nam qui perdidit animam  
suam propter me saluam faciet illam. Quid  
enim proficit homo si lucretur uniuersum  
mundum se autem ipsum perdat & detri-  
mentum sui faciat. Nam qui me  
erubuerit & meos sermones hunc fili-  
i hominis erubescet cum uenerit in ma-  
iestate sua & patris & sanctorum ange-  
lorum. Dico autem uobis uere sunt aliqui  
qui stantes qui non gustabunt mortem  
donec uideant regnum dei. Factum est  
autem post haec uerba fere dies octo &  
assumpsit Petrum et Iacobum & Iohan-  
nem & ascendit in montem ut oraret.  
Et facta est dum oraret spes uultus eius  
altera & uestitus eius albus resurgens.  
meus uere est potus. Qui manducat  
meam carnem & bibit meum sanguinem  
in me manet et ego in illo. Sicut misit  
me uiuens pater. & ego uiuo pp patrem  
& q manducat me & ipse uiuet prop  
ter me. hic est panis q de celo descen  
dit. Non sicut manducauerunt patres  
uiri manna. & mortui sunt. q mandu  
cat hunc panem uiuet in eternum.

Hec dixit in synagoga docens in capha  
nau. Multi ergo audientes ex discipu  
lis eius dixerunt. Durus est hic sermo.  
& q potest eum audire. Sciens autem  
Iesus apud semetipsum qa murmurarent  
de hoc discipuli eius dixit eis. Hec  
uos scandalizat. Si ergo uideritis filium  
hominis ascendentem ubi erat prius. Spis  
est q uiuificat. caro non prodest quocq.  
Verba que ego locutus sum uobis. Spis  
tus & uita sunt. Sed sunt qdam ex uo  
bis q non credunt. Sciebat enim ab initio  
Iesus q essent credentes. & q traditurus  
esset eum. Et dicebat. Propterea dixi  
uobis. qa nemo potest uenire ad me ni  
si fuerit ei datum a patre meo. Ex hoc  
multi discipulorum eius abierunt retro  
& iam cum illo ambulabant. Dixit er  
go Iesus ad duodecim. Nunquid &  
uos uultis abire. Respondit ergo ei  
Simon petrus. Dne ad quem ibimus. i  
Verba uitae eterne & nos credimus &  
cognouimus qa tu es christus filius dei. i  
Respondit eis Iesus. Nonne ego uos  
duodecim elegi. & ex uobis unus dia  
bolus est. Dicebat autem de iuda si  
monis scariothis. Hic enim erat traditu  
rus eum cum esset unus ex duodecim.

Ost hec autem ambula  
bat Iesus in galileam. No  
enim uolebat in iudeam  
ambulare quia quere  
bant eum iudei interficere. Erat aut  
in primo die festus iudeorum scenophe  
gia. Dixerunt autem ad eum fratres  
eius. Transi hinc & uade in iudeam.

ut & discipuli tui uideant opera tua  
que facis. Nemo quippe in occulto q̄  
facit & querit ipse in palam esse. Si hec  
facis manifestam te ipsum mundo. Ne  
que enim fratres eius credebant in eum. Di  
cit ergo eis Iesus. Tempus meum nondū  
aduenit. tempus autem uirum semper est  
paratum. Non potest mundus edisse uos  
me autem odit quia ego testimonium phi  
leo de illo quia opera eius mala sunt. Vos  
ascendite ad diem festum hunc. Ego nō  
non ascendam ad diem festum istum q̄  
meum tempus nondum impletum est.  
Hec cum dixisset ipse mansit in galilea.  
Vt autem ascenderunt fratres eius tunc &  
ipse ascendit ad diem festum non ma  
nifeste sed quasi in occulto. Iudei ergo  
queriebant eum in die festo & dicebant  
ubi est ille. Et murmur multus erat  
in turba de eo. Quidam enim dicebant  
quia bonus est. alij autem dicebant non  
sed seducit turbas. Nemo palam loque  
batur de illo propter metum iudeorum. Iam  
autem die festo mediante ascendit Ie  
sus in templum et docebat. Et miraban  
tur iudei dicentes. Quomodo hic litte  
ralis sit cum non didicerit. Respon  
dit eis Iesus & dixit. Mea doctrina  
non est mea sed eius qui misit me. Si quis  
uoluerit uoluntatem eius facere cogn  
scet de doctrina utrum ex deo sit an  
ego a me ipso loquar. Quia sancti patris lo  
quar gloriam propter quam querit. Qui autem  
querit gloriam eius qui misit me hic ue  
rax est & iniustitiam in illo non est.  
Nonne Moyses dedit uobis legem & tamen  
nemo ex uobis facit legem. Quod me qui

ritis interficere. Respondit turbis &  
dixit. Demonium habet. Quis te querit i  
terficere. Respondit Iesus & dixit eis  
Unum opus feci & omnes miramini. Prop  
terea Moyses dedit uobis circucisionem  
non quia ex Moyses est sed ex patribus.  
Et in sabbato circucidatis hominem. Si  
circucisionem accepit homo in sabbato  
ut non soluantur lex Moysi mihi indign  
mini quia totum hominem sanum feci in  
sabbato. Nolite iudicare secundum fa  
ciem sed iustum iudicium iudicate. Di  
cebant ergo quidam ex hierosolymis. Nonne  
hic est quem querunt interficere. Ecce palam loquitur & nihil ei di  
cunt. Nunquid uere cognouerunt prin  
cipes quia hic est christus. Sed hunc scim  
unde sit. Christus autem cum uenerit  
nemo scit unde sit. Clamabat ergo Ie  
sus in templo docens & dicens. Et me  
scitis & unde sum scitis & a me ipso nō  
ueni sed est uerus qui misit me quem uos  
nescitis. Ego scio eum & si dixero qui  
nescio eum similis uobis mendax. Sed  
scio eum quia ab ipso sum & ipse me mi  
sit. Queriebant ergo eum apprehen  
dere & nemo misit in illum manus quia  
nondum uenerat hora eius. De turba  
autem multi crediderunt in eum & di  
cebant. Christus cum uenerit nunquid  
plura signa faciet quae hic facit. Au  
dierunt pharisaei turbam murmurare  
tam de illo hec & miserunt principes  
& pharisaei ministros ut apprehenderent  
Iesum. Dixit ergo eis Iesus. Adhuc in  
dicium tempus uobiscum sum & uado  
ad eum qui me misit. Queretis me & nō

inuenietis. & ubi ego sum uos non potestis uenire. Dixerunt ergo ad se metipfos. Quo hic iturus est. quia non inuenimus eum. Nunquid in dispersionem gentium iturus est & doceturos gentes. Quis est hic sermo quem dixit queritis me & non inuenietis. & ubi sum ego uos non potestis uenire. In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Iesus & clamabat dicens. Si quis sitit. ueniat ad me & bibat. & qui credit in me sicut dicit scriptura. flumina de uentre eius fluent aqua uiuae. Hic autem dixit de spiritu quem accepturi erant credituri in eum. Nondum enim erat spiritus datus quia Iesus nondum erat glorificatus. Ex illa ergo turba cum audissent hos sermones eius dicebant. Hic est uere propheta. Alii dicebant. Hic est Christus. Quidam autem dicebant. Nunquid a Galilea uenit Christus. Nonne scriptura dicit. quia ex semine Dauid & de Bethleem castello ubi erat Dauid uenit Christus. Dissensio itaque facta est in turba propter eum. Quidam autem ex ipsis uolebant apprehendere eum. sed nemo misit super eum manus. Venerunt ergo ministri ad pontifices & pharisaeos & dixerunt eis illi. Quare non adduxistis illum. Responderunt ministri. Nunquid sic locutus est homo sicut hic loquitur. Responderunt ergo eis pharisaei. Nunquid & uos seducti estis. Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum. aut ex pharisaeis. Sed turba haec quae non nouit legem maledicti sunt. Dixit Nicodemus ad eos. Ille qui uenit ad eum nocte qui unus erat ex ipsis. Nunquid lex nostra iudicat hominem nisi prius audierit ab ipso

& cognouerit quod faciat. Responderunt et dixerunt ei. Nunquid & tu Galileus es. Scrutare scripturas & uide. quia a Galilea propheta non surgit. Et reuersi sunt unusquisque in domum suam.

Iesus autem preceit in montem Oliueti & diluculo iterum uenit in templum. et omnis populus uenit ad eum & sedens docebat eos. Adducunt autem scribae & pharisaei mulierem in adulterio deprehensam & statuerunt eam in medio & dixerunt ei. Magister haec mulier in medio deprehensa est in adulterio. In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quod dicis. Hic autem dicebant tentantes eum possent accusare eum. Iesus autem inclinans se deorsum digito scribebat in terram. Cum ergo persequerentur interrogantes ait se. & dixit eis. Qui sine peccato est uenit primus in illam lapideam mittat. Et iterum se inclinans scribebat in terra. Audientes autem haec unus post unum exibat incipientes a senioribus. & remansit solus Iesus & mulier in medio stans. Erigens autem se Iesus dixit ei. Mulier ubi sunt qui te accusabant. Nemo te condemnauit. Quae dixit. Nonne domine. Dixit autem Iesus. Ne ego te condemnabo. Vade & iam amplius noli peccare. Iterum ergo locutus est eis Iesus dicens. Ego sum lux mundi. Qui sequitur me non ambulat in tenebris sed habebit lumen uitae. Dixerunt ergo ei pharisaei. Tu de teipso testimonium perhibes. testimonium tuum non est uere

Respondit Iesus & dixit eis. Et si ego testimonium phibeo de meipso uere est testimonium meum. quia scio unde ueni. & quo uado. Vos autem nescitis unde uenio aut quo uado. Vos secundum carnem iudicatis. ego non iudico quemquam. Et si iudico ego. iudicium meum uere est. quia solus non sum. sed ego & qui misit me pater. Et in lege uera scriptum est. quia duorum hominum testimonium uere est. Ego si testimonium phibeo de meipso & testimonium phibeo de me qui misit me pater. Dicebant ergo ei. Vbi est pater tuus. Respondit Iesus. Neque me scitis neque patrem meum. Si me sciretis forsitan & patrem meum sciretis. Hec uerba locutus est Iesus in gazophylacio docens in templo & nemo apprehendit eum. quia nondum uenit hora eius. Dixit ergo iterum Iesus. Ego uado & queretis me. & in peccato uestro moriemini. Quo ego uado uos non potestis uenire. Dicebant ergo iuda. Nunquid interficiet semetipsum. quia dicit quod ego uado uos non potestis uenire. Et dicebat eis. Vos deorsum estis. ego de superius sum. Vos de hoc mundo estis. ego non sum de hoc mundo. Dixit ergo uobis. quia moriemini in peccatis uestris. Si enim non credideritis quia ego sum. moriemini in peccato uestro. Dicebant ergo ei. Tu quis es. Dixit eis Iesus. Principium quod & loquor uobis. Nihil habeo de uobis loqui. & iudicare. sed qui me misit uerax est. et ego qui audiui ab eo haec loquor in mundo. Et non cognouerunt quia patrem eius dicebat deum. Dixit ergo eis Iesus. Cum exaltaueritis filium hominis. tunc cognos-

scitis quia ego sum. & a meipso facio nihil. sed sicut docuit me pater haec loquor. Et qui me misit mecum est. & non reliquit me solum. quia ego quae placata sunt ei facio. semper. Hec illo loquente multi crediderunt in eum. Dicebat ergo Iesus ad eos qui crediderunt ei iudeos. Si uos manseritis in sermone meo uere discipuli mei eritis. & cognoscetis ueritatem. et ueritas liberabit uos. Responderunt ei. Semine Abrae sumus & nemini seruimus unquam. Quomodo tu dicis liberi eritis. Respondit eis Iesus. Amen amen dico uobis. quia omnis qui facit peccatum seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in aeternum. filius autem manet in aeternum. Si ergo uos filius liberauerit. uere liberi eritis. Scio quia filii Abrae estis. sed queritis me interficere. quia sermo meus non capit in uobis. Ego quod uidi apud patrem loquor. & uos quae uidistis apud patrem uestrum facitis. Responderunt & dixerunt ei. Pater noster Abraham est. Dicit eis Iesus. Si filii Abrae estis. opera Abrae facite. Nunc autem queritis me interficere. hominem qui ueritatem uobis locutus sum. quam audiui a deo. Hec Abraham nescit. Vos facitis opera patris uestri. Dixerunt itaque ei. Nos ex fornicatione non sumus nati. unum patrem habemus deum. Dixit ergo eis Iesus. Si deus pater uester esset. diligeretis utique me. Ego enim ex deo processi & ueni. Neque enim a meipso ueni. sed ille me misit. Quare loquelam meam non cognoscitis. Quia non potestis audire sermonem meum. Vos ex patre diabolo estis. et desideria patris uestri uultis facere.

I lle homicida. erat ab initio. & in ueritate non stetit. q̄a non est ueritas in eo.  
C um loquitur mendacium ex propriis loquitur q̄a mendax est & p̄r eius. Ego aut̄ si ueritatem dico non creditis mihi. Q̄s ex uobis arguēt me de peccato. Si ueritatem dico. quare non creditis mihi. Qui ex deo est. uerba dei audit. Propterea uos non auditis q̄a ex deo non estis. R̄spōderunt ergo iudei. & dixerunt ei. Nōne benedicimus nos q̄a simaritanus es & demonium habes. R̄spōdit Iesus. Ego demonium non h̄o. sed honorifico patrem meum. & uos inhonorastis me. Ego autem non quero gloriam meam. Est q̄ querat & iudicet. Amen amen dico uobis. si quis sermonem meum seruauerit. morte non uidebit in eternum. Dixerunt ergo iudei. Nunc cognouimus q̄a demonium habes. Abrahā mortuus est & propheta & tu dicis. si quis sermonem meum seruauerit. non gustabit mortem in eternum. Nunquid tu maior es patre nostro Abrahā q̄ mortuus est & prophete mortui sūt. Quem t̄rpsum facis. R̄spōdit Iesus. Si ego glorifico meipsum. gloria mea nihil est. Est pater meus q̄ glorificat me. q̄m uos dicatis. q̄a d̄s noster est & non cognouistis eum. Ego autem noui eum. Et si dixerō q̄a non scio eum. ero similis uobis mendax. Sed scio eum. & sermonem eius seruo. Abrahā p̄r uester exultauit ut uideret diem meum. uidit & gauisus est. Dixerunt ergo iudei ad eum. Quinquaginta annos nondum h̄es & Abrahā uidisti. Dixit eis Iesus. Amen amen dico uobis. anteq̄ Abrahā fieret. ego s̄m.

Tulerunt ergo lapides. ut iacerent in eo. Iesus autem abscondit se. & exiit de templo.

Transiens Iesus uidit hominem cecum a natuitate & interrogauerunt eum discipuli eius. Rabbi. Quis peccauit. hic aut̄ parentes eius. ut cecus nasceretur. R̄spōdit Iesus. Ne q̄ hic peccauit. neq̄ parentes eius. sed ut manifestentur opa dei in illo. Me oportet opari. opa eius q̄ misit me. donec dies est. Non est nox. q̄n nemo potest opari. q̄ diu sum in mundo. Lux sum mundi. Hec cum dixisset. cepit in terram & fecit lutum ex puto. & linauit lutum sup̄ oculos eius & dixit ei. Vade. Laua in natatoria syloe. quod interpretat̄ missus. Abijt ergo & lauit & uenit uidens. Itaq̄ uicini & q̄ uiderant eum prius q̄a mendicus erat. dicebant. Nonne hic est qui sedebat & mendicabat. Alij dicebant q̄ hic est. alij autem nequaq̄. sed similis est eius. Ille uero dicebat q̄a ego sum. Dicebant ergo ei. Quomodo aperti sunt tibi oculi. R̄spōdit ille homo q̄ dicitur. Iesus lutum fecit. et unxit oculos meos & dixit mihi. Vade ad natatorium syloe. et laua. Et abijt & lauit & uideo. Et dixerunt ei. Vbi est ille. At̄ nescio. Adducunt eum ad phariseos q̄ cecus fuerat. Erat autem sabbatum q̄n lutum fecit Iesus & aperuit oculos eius. Itere ergo interrogabant eum pharisei. quomodo uidisset. Ille autem dixit eis. Lutum mihi posuit sup̄ oculos. & laui & uideo.

Dicebant autem ex phariseis qdam. No-  
est hic homo a deo q sabbatum non cus-  
cedit. Alij autem dicebant. Quomodo  
potest homo peccator hec signa facere?  
Et scilicet erat inter eos. Dicunt ergo ceco  
iterum. Tu qd dicis de illo q aperuit oc-  
ulos tuos? Ille autem dixit qd propheta  
est. Non crediderunt ergo iudei de il-  
lo qd cecus fuisset et uidisset donec uo-  
cauerunt parentes eius q uiderat. & in-  
terrogauerunt eos dicentes. Hic est fili-  
uester quem uos dicatis qd cecus natus  
est? Quomodo ergo nunc uidet? Res-  
ponderunt ei parentes eius & dixerunt  
scimus qd hic est filius nr. et quia cecus  
natus est. Quomodo autem nunc uidet  
nescimus. aut qd eius aperuit oculos nos ne-  
scimus ipsum interrogate. Et tamen hie ipse  
de se loquatur. Hec dixerunt parentes  
eius quoniam timebant iudeos. Iam n.  
conspirauerant iudei. ut siqs eum con-  
fiteretur esse chr̄m extra synagogam  
fieret. Propterea parentes eius dixerunt  
qd. et tamen hie ipsum interrogate. Voca-  
uerunt ergo rursum hominem q fuerat  
cecus & dixerunt ei. Da gloriam deo  
nos scimus qd hic homo peccator est.  
Dixit ergo eis ille. Si peccator est nescio  
unum scio qd cecus cum essem modo u-  
deo. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi?  
Quomodo aperuit tibi oculos? Respo-  
dit eis. Dixi uobis iam & audistis. qd  
iterum uultis audire? Nunqd & uos  
uultis discipuli eius fieri? Maledixerunt  
ergo ei & dixerunt. Tu discipulus illi-  
sis. nos autem Moysi discipuli sumus.  
Nos scimus qd Moysi locutus est deus

hunc autem nescimus unde sit. Respondit  
ille homo & dixit eis. In hoc enim mira-  
bile est qd uos nescitis unde sit & ape-  
ruit meos oculos. Scimus autem qd pec-  
catores d's non audit. sed siqs dei cultor  
est & uoluntatem eius facit. hunc deus  
audit. A seculo non est auditum. qd qs  
aperuit oculos ceci nati. nisi esset hic a deo  
non poterat facere quicqd. Responde-  
runt & dixerunt ei. In peccatis natus  
est totus & tu doces nos? Et cecurunt  
eum foras. Audiuit Iesus qd cecurunt  
eum foras. & cum inuenisset eum dixit  
ei. Tu credis in filium dei? Respondit il-  
le & dixit. Qs est domine ut credam  
in eum? Et dixit ei Iesus. Et uidisti  
eum & q loquitur tecum ipse est. At  
ille ait. credo domine. Et prostratus ado-  
rauit eum. Et dixit ei Iesus. In iudicio  
ego in hunc mundum ueni. ut q non  
uident uideant & q uident ceci fiat.  
Et audierunt qdam ex phariseis qui-  
dam q cum ipso erant. et dixerunt ei.  
Nunqd & nos ceci sumus? Dixit eis  
Iesus. Si ceci essetis non haberetis pecca-  
tum. Nunc uero dicitis. qd uidemus pec-  
catum ur̄m manere.

Men amen dico uobis q  
non intrat per ostium in-  
ouile ouium. sed ascen-  
dit aliunde. ille fur est  
& latro. Quia autem intrat per ostium pa-  
stor est ouium. huic ostiaris aperit. &  
oues uocem eius audiunt. Et proprias  
oues uocat nominatum. et educit eas.  
Et cum proprias oues emiserit. ante ea.

uadit & oues illum sequentes quia  
sciunt uocem eius. Alienum autem non  
sequuntur sed effugiunt ab eo quia non  
nouerunt uocem alienam. Hec puer-  
bum dixit eis Iesus. Illi autem non co-  
gnouerunt quod loqueretur eis. Dixit er-  
go eis iterum Iesus Amen amen dico  
uobis quia ego sum ostium ouium. Om-  
nes quotquot uenerunt fures sunt &  
latrones sed non audierunt uocem ouium.  
Ego sum ostium per me si quis intraverit  
saluabitur & ingredietur et egredietur  
& pasua inueniet. Fures non ueniunt nisi  
ut furetur & mactet & perdat. Ego  
ueni ut uitam habeant et abundantius  
habeant. Ego sum pastor bonus. Bonus  
pastor animam suam dat pro ouibus suis.  
Mercenarius autem et qui non est pastor  
cuius non sunt oues proprie uidet lupum  
uenientem & dimittit oues & fugit &  
lupus rapit & dispergit oues. Mercen-  
narius autem fugit quia mercenarius est  
& non parat ad eum de ouibus. Ego sum  
pastor bonus & cognosco oues meas &  
cognoscunt me meae. Sicut nouit me pater  
et ego agnosco patrem et animam meam  
pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo que  
non sunt ex hac ouile & illas oportet  
me adducere & uocem meam audient  
et fiet unum ouile & unus pastor. Prop-  
terea me pater diligit quia ego pono ani-  
mam meam ut iterum sumam eam. Ne-  
mo tollit eam a me sed ego ponam eam  
a me ipso. Potestatem habeo ponendi eam  
& potestatem habeo iterum sumendi eam. Hec  
mandatum accepi a patre meo. Dissensio  
iterum facta est inter iudeos propter ser-

mones hos. Dicebant autem multi ex  
ipsis. Demonium habet et insanit quod eum  
auditis. Alij dicebant. Hec uerba non  
sunt demonium habentis. Nunquid de-  
monium potest cecorum oculos aperire? Fac-  
ta sunt autem circena in hierosolymis &  
hyems erat. Et ambulabat Iesus in templo  
in porticu Salomonis. Circudederunt er-  
go eum iudei & dicebant ei. Quousque  
animam nostram tollis? Si tu es Christus  
dic nobis palam. Respondit Iesus eis.  
Loquor uobis & non creditis. Opera que  
ego facio in nomine patris mei hec testi-  
monium perhibent de me. Sed uos non  
creditis quia non estis ex ouibus meis.  
Oues meae uocem meam audiunt & ego  
cognosco eas et sequuntur me et ego ui-  
tam eternam do eis & non peribunt in  
eternum et non rapiet eis quisquam de ma-  
nu mea. Pater meus quod dedit mihi  
maius omnibus est & nemo potest rape-  
re de manu patris mei. Ego & pater unus  
sumus. Sustulerunt ergo lapides iudei  
ut lapidarent eum. Respondit eis Je-  
sus. Multi bona opera ostendi uobis ex  
patre meo propter quod eorum opus meo lapi-  
datis? Respondent ergo iudei. De  
bono opere non lapidamus te sed de  
blasphemia & quia tu homo cum sis facis  
te ipsum deum. Respondit. Nonne scri-  
ptum est in lege uestra quia ego dixi. Deus est.  
Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus  
est & non potest solui scriptura quoniam  
pater sanctificauit & misit in mundum  
uos dicatis quia blasphemus quia dixi filius  
dei sum. Si non facio opera patris mei non  
lite credere mihi. Si autem facio & si-

mibi non uultis credere: operibus credi-  
te: ut cognoscatis et credatis quia pater  
in me est & ego in patre: Querebant er-  
go eum apprehendere: et exiit de ma-  
nibus eorum. Et abiit iterum trans iorda-  
nem in eum locum ubi erat Iohannes bap-  
tizans primum: et mansit illic. Et mul-  
ti uenerunt ad eum & dicebant quia  
Iohannes quidem signum fecit nullum.  
Omnia autem quecumque dixit Iohannes  
de hoc uera erant: & multi crediderunt  
in eum.

Rat autem quidam La-  
guens Lazarus a Betha-  
nia de castello Marie &  
Marthe sorore eius. Ma-  
ria autem erat que unxit dominum ungue-  
to et exersit pedes eius capillis suis: ex  
uis frater Lazarus infirmabatur. Misert  
ergo sorores eius ad eum dicentes: Domi-  
ne ecce quem amas infirmatus. Audiens  
autem Iesus dixit eis: Infirmitas hec non  
est ad mortem: sed pro gloria dei: ut glo-  
rificet filius dei pro eam. Diligebat autem  
Iesus martham et sororem eius Mariam  
et Lazarem. Ut ergo audiuit quia infirma-  
batur tunc quidem mansit in eodem loco  
duobus diebus. Deinde post hec dicit di-  
scipulis suis. Eamus in iudeam iterum: o-  
mnia autem discipuli. Rabbi nunc quere-  
bant te iudei lapidare: et iterum uadis  
illuc. Respondit Iesus: Nonne duo-  
decim sunt horre dei: Si quis ambulauerit  
in die non offendit quia lucem huiusmodi  
di uidet. Si autem ambulauerit in nocte  
offendit: quia lux non est in eo. Hec autem

& post hec dicit eis: Lazarus amicus noster  
dormit: sed uado ut a somno excitem eum.  
Dixerunt ergo discipuli eius: Domine si  
dormit saluus erit. Dixerant autem Iesus  
de morte eius: illi autem putauerunt quia  
de dormitione somni dicebat. Tunc ergo  
Iesus dixit eis manifeste: Lazarus mor-  
tuus est & gaudeo pro uos ut credatis quia  
niam non eram ibi: sed eamus ad eum.  
Dixit ergo Thomas qui dicitur didymus ad-  
condiscipulos. Eamus et nos & moriamur  
cum eo. Venit itaque Iesus et inuenit eum  
quattuor dies iam in monumento haberi-  
tem. Erat autem Bethania iuxta Hieroso-  
lymam quasi stadiis quindecim. Multi au-  
tem ex iudeis uenerant ad martham &  
Mariam ut consolarentur eas de fratre suo.  
Martha ergo ut audiuit quia Iesus uene-  
rat: occurrit illi. Maria autem domi sedebat.  
Dixit ergo Martha ad Iesum: Domine si  
fuiisses hic frater meus non fuisset mor-  
tuus. Sed & nunc scio quia quecumque pose-  
ris a deo dabit tibi deus. Dixit illi Iesus:  
Resurget frater tuus. Dicit ei Mar-  
tha: Scio quia resurget in resurrectione in  
nouissimo die. Dicit ei Iesus: Ego sum  
resurrectio & uita. Qui credit in me: et  
si mortuus fuerit uiuet: & omnis qui ui-  
uit & credit in me non morietur in eter-  
num. Credis hec? Ait illi: Vtique domine.  
Ego credidi quia tu es christus filius dei ueni  
in hunc mundum uenisti. Et cum hec  
dixisset abiit & uocauit Mariam sororem  
suam silentio dicens: Magister adest et  
uocat te. Illa ut audiuit surrexit cito  
& uenit ad eum. Nondum enim uenerat  
Iesus in castellum: sed erat adhuc in loco



ubi occurrerat ei Martha. Iudei ergo  
q̄ erant cum ea in domo & consolabant̄  
eam. cum uidissent Mariam q̄ cito sur-  
rexit et exiit. secuti sunt eam dicentes.  
Quia uadit ad monumentum. ut plo-  
ret̄ ibi. Maria ergo cum uenisset ubi e-  
rat Iesus. uidens eum cecidit ad pedes  
eius & dixit ei. Domine si fuisset hic n̄  
esset mortuus frater meus. Iesus ergo  
ut uidit eam plorantem & iudeos q̄ ue-  
nerant cum ea. plorantes infremuit sp̄u  
et turbauit seipsum & dixit. Vbi posui  
sti eum. Dicunt ei. Domine ueni &  
uide. Et lachrymatus est Iesus. Dixe-  
runt ergo iudei. Ecce quomodo amabat̄  
eum. Q̄dam autem ex ipsis dixerunt. I  
Non poterat h̄ q̄ aperuit oculos cecis nati o  
facere ut hic non moreretur. Iesus er-  
go rursus fremens in semetipso. uenit  
ad monumentum. Erat autem spelun-  
ca & lapis suppositus erat ei. Dixit Iesus  
Tollite lapidem. Dicit ei Martha soror  
eius q̄ mortuus fuerat. Domine iam  
factus quatuor duanus est enim. Dicit q̄  
Iesus. Nonne dixi tibi. qm̄ si credide-  
ris uidebis gloriam dei. Tulerunt ergo  
lapidem. Iesus autem eleuatis sursum oc-  
ulis dixit. Pater gr̄as ago tibi qm̄ audisti  
me. Ego autem sciebam q̄a semper me au-  
dis. sed propter populum q̄ circumstat. &  
dixi. ut credant q̄a tu me misisti. Hec  
cum dixisset. uoce magna clamauit. o  
Lazare ueni foras. Et statim pedes q̄ fue-  
rat mortuus ligatus manus & pedes  
istis. & facies illius sudario erat liga-  
ta. Dixit eis Iesus. Soluite eum & sinj-  
te abire. Multi ergo ex iudeis qui ue-

nerant ad Mariam et martham. et ui-  
derant que fecit Iesus. crediderunt in  
eum. Q̄dam autem ex ipsis abiierunt ad  
phariseos et dixerunt eis que fecit Ie-  
sus. Cōlegerunt ergo pontifices & pha-  
risaici concilium et dicebant. Q̄d facim̄.  
Quia hic homo multa signa facit. si dimi-  
timus eum sic. omnes credent in eum. &  
uenient romani & tollent n̄m locum et  
gentem. Unus autem ex ipsis Cayphas no-  
mine. cum esset pontifex anni illius dixit  
eis. Vos nescitis quequam nec cogitatis q̄a  
expedit uobis ut unus moriatur homo p̄  
populo et non tota gens pereat. Hic aut̄  
a semetipso non dixit. sed cum esset pon-  
tifex anni illius prophetauit q̄a Iesus in-  
riturus erat p̄ gentem. & non tm̄ pro gen-  
te. sed ut filios dei q̄ erant dispersi con-  
gregaret in unum. Ab illo ergo die co-  
gitauerunt ut interficerent eum. Iesus  
ergo iam non in palam ambulabat apud  
iudeos. sed abiit in regionem iuxta de-  
sertum in ciuitatem que dicitur ephre.  
& ibi morabatur cum discipulis suis. Pro-  
ximum autem erat pascha iudeorum. &  
ascenderunt multi hierosolymam de re-  
gione ante pascha. ut sanctificarent seip̄s.  
Querebant ergo Iesum & colloqueban-  
tur ad inuicem in templo stantes. Q̄d  
putatis quia non uenit ad diem festum  
istum. Dederant autem pontifices & pha-  
risaici mandatum ut si quis cognouerit ubi  
sit indicet. ut apprehendant eum.

Iesus ergo ante sex dies  
pasche uenit Bethaniam  
ubi Lazarus fuerat mor-

tuis. quem suscitauit Iesus. fecerunt  
autem ei coenam ibi. & Martha ministrabat.  
Lazarus uero unus erat ex discipulib' cum eo.  
Maria ergo accepit libram unguenti nardi  
pistici pretiosi & unxit pedes Iesu. et exersit  
pedes eius capillis suis. & domus impleta est  
ex odore unguenti. Dixit ergo unus ex discipulis eius  
Iudas scariothis. q' erat cum traditurus.  
Quare hoc unguentum non ueruit trecentis  
denarijs. & datum est egenis. Dixit  
autem hoc non q' de egenis percipit ad  
eum. sed q' fur erat. et loculos habens e  
que intrebant portabat. Dixit ergo Ie  
sus. Simite illam ut in diem sepulture  
mee seruet illud. Pauperes enim semper  
habebitis uobiscum. me autem non semper  
habebitis. Cognouit ergo turba multa.  
ex iudeis q' illuc est. & uenerunt non  
propter Iesum tm. sed ut Lazarum uide  
rent. quem suscitauit a mortuis. Cogi  
tauerunt autem principes sacerdotum. i  
ut & Lazarum interficerent. q' multi  
pp illum abibant ex iudeis. et credebant  
in Iesum. In crastinum autem turba mul  
ta. que uenerat ad diem festum. cum  
audissent q' uenit Iesus hierosolimam. ac  
ceperunt ramos palmarum. et processerunt ob  
uiam ei. & clamabant. Osanna benedictus  
q' uenit in nomine domini rex isrl. Et  
inuenit Iesus asellum et sedit sup eum sicut  
scriptum est. Noli timere filia syon.  
ecce rex tuus uenit sedens sup pullum  
asinum. Hec non cognouerunt discipuli  
eius primum. sed qn glorificatus est Ie  
sus tunc recordati sunt. q' hec erant scrip  
ta de eo. & hec fecerunt ei. Testimonij

ergo phibebat turba que erat cum eo. i  
qn Lazarum uocauit de monumento. &  
suscitauit eum a mortuis. Propterea & i  
obuiam uenit ei turba. q' audierunt ex  
fecisse hoc signum. Pharisai ergo dixerunt  
ad semetipsos. Videtis q' nihil proficimus.  
Ecce mundus totus post eum abiit. Erant  
autem quedam gentiles ex his q' ascende  
rant. ut adorarent in die festo. Hi er  
go accesserunt ad Philippum. q' erat a  
bethsaida galilee. & rogabant eum di  
centes. Domine. uolumus Iesum uidere. i  
Venit philippus et dicit Andree. Andree  
as rursum et philippus dixerunt Iesu. Ie  
sus autem respondit eis dicens. Venit i  
hora ut clarificetur filius hominis. Ame  
amen dico uobis. nisi granum frumenti  
cadens in terram mortuum fuerit. ipse  
solum manet. Si autem mortuum non  
fuerit. multum fructum affert. Qui ama  
niam suam pdece eam. Et qui odit ani  
mam suam in hoc mundo. in uitam eter  
nam custodit eam. Siquis mihi ministrat  
me sequatur. et ubi sum ego illic & mi  
nistrey meus erit. Siquis mihi ministraue  
rit. honorificabit eum pater meus. Nunc  
anima mea turbata est. Et qd dicam. pa  
ter saluifica me ex hac hora. Sed propte  
rea ueni in horam hanc. Pater clarifica  
nomen tuum. Venit ergo uox de celo. i  
dicens. Et clarificauit & iterum clarifica  
bo. Turba ergo que stabat & audierat.  
dicebat tonitruum esse factum. Alij  
autem dicebant. Angelus ei locutus est.  
Respondit Iesus & dixit. Non pp me  
hoc uox uenit. sed propter uos. Nunc u  
dicum est mundi. Nunc princeps huius

mundi eijctetur foras. Ego si exaltatus  
fuero a terra omnia traham ad meipsum.  
Hec autem dicebat significans quia morte  
eius moriturus. Respondit ei turba: o  
nos audiuimus ex lege quia Christus manet  
in eternum. Et quomodo tu dicis oportet  
exaltari filium hominis. Et quis est  
iste filius hominis. Dixit ergo eis Iesus.  
A d huc modicum lumen in uobis est. An  
bulate dum lucem habetis. ut non uos te  
nebre comprehendant. Et qui ambulat in  
tenebris nescit quo uadat. Dum lucem  
habetis credite in lucem. ut filij lucis sitis.  
Hec locutus est Iesus & abiit & abscon  
dit se ab eis. Cum autem tanta signa fe  
cisset coram eis non credebant in eum. i  
ut sermo Esaias impleteretur quem dixit.  
Domine quis credidit auditui nostro & br  
chium domini cui reuelatum est. Propte  
rea non poterant credere quia iterum dixit  
Esaias. Excecauit oculos eorum & indura  
uit cor eorum ut non uideant oculis &  
non intelligant corde & conuertantur  
et sanentur. Hec dixit Esaias quoniam uidit  
gloriam eius & locutus est de eo. Verum  
tamen et ex principio multi crediderunt  
in eum. sed pro phariseos non confiteba  
tur. ut de synagoga non eijcerent. Dile  
xerunt enim gloriam hominum magis quam  
gloriam dei. Iesus autem clamauit & o  
dixit. Qui credit in me non credit in  
me. sed in eum qui misit me. Et qui uidet  
me uidet eum qui misit me. Ego lux  
in mundum ueni. ut omnis qui credit in  
me in tenebris non maneat. Et si quis  
audierit uerba mea & non custodierit  
ego non iudico eum. Non enim ueni. i

ut iudicem mundum. sed ut saluificem  
mundum. Qui spernit me & non accipit  
uerba mea. habet qui iudicet eum. Sermo  
quem locutus sum. ille iudicabit eum in  
nouissimo die. Quia ego ex mundo non sum  
locutus. sed qui misit me pater ipse mihi  
mandatum dedit. quod dicam et quid loquar.  
Et scio quia mandatum eius uita eterna  
est. Que ergo ego loquor sicut dixit mi  
pater sic loquor.

Et te diem festum pasche  
sciens Iesus quia uenit hora  
eius ut transeat ex hoc mun  
do ad patrem. cum dilexi  
set suos qui in erant in mundo in finem.  
dilexit eos. Et coena facta cum diabolo  
tam misisset in cor ut traderet eum iuda  
Simonis scariothis. sciens quia omnia dedit  
ei pater in manus. et quia a deo ceuuit. & i  
ad deum uadit. surgit a coena. et ponit o  
uestimenta sua. et cum accepisset linteam  
precinxit se. Deinde misit aquam in pel  
lum & cepit lauare pedes discipulorum  
et extergere linteo quo erat precinctus.  
Venit ergo ad Simonem petrum. Et di  
xit ei Petrus. Domine tu mihi lauas pede  
Respondit Iesus & dixit ei. Quod ego  
facio tu nescis modo. scies autem postea.  
Dicit ei Petrus. Non lauabis mihi pedes  
in eternum. Respondit ei Iesus. Si non  
lauero te non habebis partem mecum. i  
Dicit ei Simon Petrus. Domine non tan  
pedes meos. sed et manus et caput. Dicit  
ei Iesus. Qui lotus est non indiget nisi ut  
pedes lauet. sed est mundus totus. Ego  
mundi estis. sed non omnes. Sciebat. n.

quoniam esset qui traderet eum propter  
dixit non estis mundi omnes. Postquam  
ergo lauit pedes eorum. accepit uestimen-  
ta sua. & cum recubisset iterum dixit eis  
Sicut quod fecerim uobis. Vos uocatis me in-  
gister et domine et bene dicitis. Sum ete-  
nim. Si ergo laui pedes uos dominus et magister  
et uos debetis alter alterius lauare pedes.  
E exemplum enim dedit uobis. ut quemad-  
modum ego feci uobis. ita & uos faciatis. Amen  
amen dico uobis. non est seruus maior domino  
suo. neque apostolus maior est qui misit illum.  
Sicut haec scitis beati eritis si feceritis ea. Non  
de omnibus uobis dico. Ego scio quos ele-  
gerim. Sed ut adimpleatur scriptura. Qui  
manducat mecum panem. leuabit contra  
me calcaneum suum. A modo dico uobis  
priusquam fiat. ut cum factum fuerit creda-  
tis. quia ego sum. Amen amen dico uobis. qui  
accipit si quem misero. me accipit. Qui autem  
me accipit. accipit eum qui me misit. Cum  
haec dixisset Iesus turbatus est spiritu. &  
prostratus & dixit. Amen amen dico uobis  
quia unus ex uobis tradet me. Aspiciebant  
ergo ad inuicem discipuli. hesitantes de  
quo diceret. Erat ergo recubens unus  
ex discipulis eius in sinu Iesu quem dilige-  
bat Iesus. Innuit ergo huic Simon Petrus &  
dixit ei. Quis est de quo dicit? Itaque cum  
recubisset ille supra pectus Iesu. dicit ei  
Domine quis est? Respondit Iesus. Ille est  
cui ego intinctum panem portexero. Et  
cum intinxisset panem. dedit Iudeo simo-  
ni scariothis. Et post bucellam introiit  
in eum sanathas. Et dicit ei Iesus. Quod  
facis fac citius. Haec autem nemo sciuit  
discumbentium ad quod dixerit ei. & dicit

eum parabant quia loculos habebat. Iudas  
qui dixerat ei Iesus. eme. ea quae opus sunt  
nobis ad diem festum. aut egenus ut ali-  
quid daret. Cum ergo accepisset ille bu-  
cellam exiit continuo. Erat autem nox.  
Cum ergo exisset. dixit Iesus. Nunc cla-  
rificatus est filius hominis et deus clarifica-  
tus est in eo. Si deus clarificatus est in eo  
& deus clarificabit eum in semetipso. & co-  
tinuo clarificabit eum. Filii adhuc mo-  
dicum uobiscum sum. Queritis me. & si-  
cut dixi Iudeis. quo ego uado uos nesci-  
potestis uenire. & uobis dico modo. Ma-  
datum nouum do uobis. ut diligatis in-  
uicem sicut dilexi uos. ut & uos diliga-  
tis inuicem. In hoc cognoscetis omnes qui  
discipuli mei estis. si dilectionem habue-  
ritis ad inuicem. Dicit ei Simon Petrus.  
Domine quo uadis? Respondit Iesus.  
Quo ego uado non potes me modo sequi  
sequeris autem postea. Dicit ei Petrus.  
Quare non possum te sequi modo? Anima  
meam pro te ponam. Respondit ei Iesus.  
Animam tuam pro me ponet. Amen o-  
amen dico tibi. non cantabit gallus do-  
nec ter me neges.

Tunc discipulis suis. Non  
turbetur cor uestrum. &  
Creditis in deum. & in  
me credite. In domo patris  
mei mansiones multe sunt. Si quo minus  
dixissen uobis. quia uado parare uobis locum.  
Et si abiero & preparauero uobis locum.  
iterum uenio & accipiam uos ad meipsum.  
ut ubi sum ego et uos sitis. Et quo ego  
uado scitis et uiam scitis. Dicit ei Thomae

Domine nescimus quo uadis. Et quomodo  
possumus uiam scire? Dicit ei Iesus. Ego  
sum uia. et ueritas et uita. Nemo uenit  
ad patrem nisi per me. Si cognouissetis me  
& patrem meum unquam cognouissetis. Et  
amodo cognoscetis eum. et uidistis eum.  
Dicit ei Philippus. Domine ostende nobis  
patrem. & sufficit nobis. Dicit ei Iesus.  
Tanto tempore uobiscum sum et non co-  
gnouistis me? Philippe quid uidet me. ui-  
det et patrem. Quomodo tu dicis oste-  
de nobis patrem. Non credis quia ego  
in patre & pater in me est. Verba que ego  
loquor a meipso non loquor. Pater  
autem in me manens ipse facit opera.  
Non creditis quia ego in patre et pater in me  
est. Alioquin propter opera ipsa credite.  
Amen. Amen dico uobis. qui credit in me. opera  
que ego facio & ipse faciet. & maiora ho-  
rum faciet. quia ego ad patrem uado. &  
quodcumque petieritis patrem in nomine meo  
hoc faciam. ut glorificetur pater in filio.  
Siquid petieritis in nomine meo hoc faciam.  
Si diligitis me. mandata mea seruate. Et  
ego rogabo patrem. & alium paraclytum  
dabit uobis. ut maneat uobiscum in eter-  
num spiritum ueritatis. quem mundus non  
potest accipere. quia non uidet eum. nec  
scit eum. Vos autem cognoscetis eum. quia  
apud uos manebit. & in uobis erit. Non  
relinquam uos orphanos. ueniam ad uos.  
Adhuc modicum et mundus me iam non  
uidet. Vos autem uidetis me. quia ego ui-  
uo & uos uiuetis. In illo die uos cognoscet-  
is. quia ego sum in patre meo. & uos in me  
et ego in uobis. Qui habet mandata mea et  
seruat ea. ille est qui diligit me. Quia

diligit me. diligit & patre meo et ego di-  
ligam eum. et manifestabo ei meipsum. Di-  
cit ei Iudas. non ille scariothis Domine. i-  
quid factum est. quia manifestaturus es no-  
bis teipsum. & non mundo? Respondit  
Iesus. & dixit ei. Si quis diligit me. sermoes  
meum seruabit. & pater meus diliget eum  
et ad eum ueniet. & mansionem apud  
eum faciet. & non diligit me sermo  
nec meos non seruat. Et sermonem quem  
audistis non est meus. sed eius qui misit me  
patris. Hec locutus sum uobis apud uos  
manens. Paraclytus autem spiritus sanctus. quem  
mittet pater in nomine meo. ille uos do-  
cebit omnia. & suggeret uobis omnia  
quaecumque dixerit uobis. Pacem relinquo  
uobis. pacem meam do uobis. Non quo-  
modo mundus dat. ego do uobis. Non  
turbetur cor uestrum. nec formidetis. Audi-  
stis quia ego dixi uobis. uado & uenio  
ad uos. Si diligeretis me. gauderetis ut  
quod quia uado ad patrem. quia uado ad  
patrem. quia pater maior me est. Et non  
dixi uobis priusquam fiat. ut cum factum fuerit  
credatis. Iam non multa loquar uobiscum.  
uenit enim princeps mundi huius. et in  
me non habet quicquam. Sed ut cognoscat mu-  
ndus. quia diligo patrem. et sicut mandatum  
dedit mihi pater. sic facio. Surgite exi-  
mus hinc.

Ego sum uitis uera. et pa-  
ter meus agricola est. Os-  
tendem palmitem in me non  
ferentem fructum tolle  
eum. & omnem qui fert fructum purga-  
bit eum. ut fructum plus afferat. Iam

uos mundi estis propter sermonem quem locutus sum uobis. Manete in me et ego in uobis. Sicut palmet non potest ferre fructum a senectute nisi manserit in uita: sic nec uos nisi in me manseritis. Ego sum uitis, uos palmetes. Qui manet in me et ego in eo hic fert fructum multum, qui sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit mittet foras sicut palmet arefuit et colliget eum et in ignem mittet et ardet. Si manseritis in me et uerba mea in uobis manserint quodcumque uolueritis petetis et fiet uobis. In hoc clarificatus est pater meus ut fructum plurimum afferat et efficiamini mei discipuli. Sicut et dilexit me pater et ego dilexi uos. Manete in dilectione mea. Si precepta mea seruaueritis manebitis in dilectione mea sicut et ego patris mei precepta seruauit et maneo in eius dilectione. Hec locutus sum uobis ut gaudium meum in uobis sit et gaudium uestrum impleat. Hoc est preceptum meum ut diligatis inuicem sicut dilexi et uos. Maiorem hac dilectionem nemo scit quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis si feceritis que ego precipio uobis. Iam non dicam uos seruos quia seruus nescit quid faciat dominus eius.

**V**os autem dixi amicos quia omnia quecumque audiuimus a patre meo nota feci uobis. Non uos me elegistis sed ego elegi uos et posui uos ut caris et fructum afferatis et fructus uester maneat ut quodcumque petieritis patrem in nomine meo deus uobis.

**H**ec mando uobis ut diligatis inuicem. Si mundus uos odit scitote quia me priorem uobis odio habuit. Si de mundo fuisse

tis mundus quod suum erat diliget. Quia uero de mundo non estis sed ego elegi et uos de mundo propterea et odit uos mundus. Omentote sermonis mei quem ego dixi uobis. Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt et uos persecuentur. Si sermonem meum seruauerunt et uerbum seruabunt. Sed hec omnia facient et uobis pro nomine meo quia nesciunt eum qui misit me. Si non uenissem et locutus fuisset eis peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Quia me odit et patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit peccatum non haberent. Nunc autem et uidentur et oderunt et me et patrem meum. Sed ut adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est quia odio habuerunt me gratis. Cum autem uenerit paraclitus quem ego mittam uobis a patre spiritu ueritatis qui a patre procedit ille testimonium perhibebit de me. Et uos testimonium perhibebitis quia ab initio mecum estis.

**H**ec locutus sum uobis ut non scandalizemini. Absque synagogis facient uos. Sed uenit hora ut omnis qui interficit uos arbitretur obsequium se prestare deo. Hec facient uobis quia non nouerunt patrem neque me. Sed hec locutus sum uobis ut cum uenerit hora eorum remiscamini quia ego dixi uobis. Hec autem uobis ab initio non dixi quia uobiscum eram. Et nunc uado ad eum qui misit me et nemo ex uobis interrogat me quo uadis. Sed quia hec locutus sum uobis tristitia

implebit cor ur̄m. Sed ego ueritatem di  
co uobis. expedit uobis ut ego uadam. Si  
enim non abiero paraclitus non ueniet ad  
uos. Si autem abiero. mittam eum ad uos.  
Et cum uenerit. ille arguet mundum de  
peccato. et de iustitia & de iudicio. De  
peccato quidem. quia non crediderunt in  
me. De iustitia uero. quia ad patrem uado  
& iam non uidebitis me. De iudicio autem  
quia princeps huius mundi iam iudicatus  
est. Adhuc multa habeo uobis dicere. sed non  
potestis portare modo. Cum autem uene  
rit ille. sp̄s ueritatis. docebit uos omnem  
ueritatem. Non enim loquitur a semetip  
so. sed quaecumque audierit loquetur. et que ue  
tura sunt. annuntiabit uobis. Ille me clarifi  
cabit. quia de meo accipiet. & annuntia  
bit uobis. Omnia quaecumque pater meus  
sunt. propterea dixi. quia de meo accipiet &  
annuntiabit uobis. Nunc uelimus & iam non  
uidebitis me. et iterum modicum et uidebi  
tis me. quia uado ad patrem. Dixerunt ergo  
ex discipulis eius adinuicem. Quid est  
hoc quod dicit nobis modicum & non  
uidebitis me. & iterum modicum. & ui  
debitis me. et quia uado ad patrem. Di  
cebant ergo. Quid est hoc quod dicit modicum.  
Nescimus quid loquitur. Respondit autem Je  
sus. quia uolebant eum interrogare. et dixit  
eis. De hoc queritis inter uos. quia dixi. modicum  
et non uidebitis me. et iterum modicum  
et uidebitis me. Amen. amen dico uobis. I  
quia plorabitis uos. mundus autem gaude  
bit. uos autem contristabimini. sed tristitia  
ura uertet in gaudium. Mulier. cum part  
tristitiam habet. quia uenit hora eius. Cum autem  
peperit puerum. iam non meminit pressuræ.

propter gaudium quia natus est homo in mundo.  
Et uos igitur nunc quidem tristitiam habetis.  
Ite autem uidebo uos & gaudebit  
cor ur̄m. et gaudium ur̄m nemo tollet  
a uobis. Et in illo die me non interroga  
bitis quomodo. Amen. amen dico uobis. si quod  
petieritis patrem in nomine meo. dabit uo  
bis. Usque modo non petistis quicquam in no  
mine meo. Petite et accipietis. ut gaudi  
um ur̄m sit plenum. Hec in uerbis locu  
tus sum uobis. Venit hora. cum iam non in  
uerbis loquar uobis. sed palam de patre &  
meo annuntiabo uobis. In illo die in nomi  
ne meo petetis. Et non dico uobis. quia ego  
rogabo patrem de uobis. Ipse enim pater  
amat uos. quia uos me amastis et credidistis.  
quia a deo exiui. Et exiui a patre & ueni in  
mundum. iterum relinquo mundum et ua  
do ad patrem. Dicunt ei discipuli eius. Ec  
ce nunc palam loqueris & uerbum nullum  
dicas. Nunc scimus quia scis omnia. et non quod  
est tibi. ut quis te interroget. In hoc credimus  
quia a deo existi. Respondit eis Iesus. Mo  
creditis. Ecce uenit hora. et iam uenit. ut  
dispergamini unusquisque in propria & me so  
lum relinquatis. Et non sum solus. quia pater  
mecum est. Hec locutus sum uobis. ut in  
me pacem habeatis. In mundo pressuram  
habebitis. sed confidite. ego uici mundum.

Et locutus est Iesus & sub  
leuatis oculis in celum dixit  
Pater. uenit hora clarifica  
filium tuum. ut filius ex  
us clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem  
omnis carnis. ut omne quod dedisti ei det  
eis uitam eternam. Hec est autem uita.

eterna ut cognoscant te solum deum uerum  
& quem misisti Jesum Christum. Ego te clarificaui  
supra terram. opus consummaui quod  
dedisti mihi ut faciam. Et nunc clarifica  
me tu pater apud te metipsum claritate  
quam habui priusquam mundus fieret apud te.  
As anifestauit nomen tuum hominibus quos de  
disti mihi de mundo. Tu erant et mihi  
eos dedisti & sermonem tuum seruaue  
runt. Nunc cognouerunt quia omnia que  
dedisti mihi abs te sunt. Quia uerba que  
dedisti mihi dedi eis & ipsi acceperunt &  
cognouerunt uerum quia a te exiit & cre  
diderunt quia tu me misisti. Ego pro eis ro  
go non pro mundo sed pro his quos dedisti  
mihi quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt  
et tua mea sunt & clarificatus sum in  
eis. Et iam non sum in mundo. et hi in  
mundo sunt. et ego ad te uenio. Pater  
sancte serua eos in nomine tuo quos de  
disti mihi. ut sint unum sicut et nos. Cum  
essem cum eis ego seruaui eos in nomine  
tuo. Quos dedisti mihi ego custodiu &  
nemo ex eis perijt nisi filius perditionis ut  
scriptura impleatur. Nunc autem ad te  
uenio & hec loquor in mundo ut habeat  
gaudium meum impletum in semetipsis.  
Ego dedi eis sermonem tuum & mundus  
eos odio habuit quia non sum de mundo si  
cut & ego non sum de mundo. Non ro  
go ut tollas eos de mundo. sed ut serues  
eos a malo. De mundo non sunt sicut &  
ego non sum de mundo. Sanctifica eos in  
ueritate. Sermo tuus ueritas est. Sicut tu  
me misisti in mundum ita & ego misi eos  
in mundum. Et pro eis ego sanctifico meip  
sum ut sint & ipsi sanctificati in ueritate.

Non pro eis autem rogo tamen sed & pro eis qui  
crediderunt sunt pro uerbum coram in me. ut  
omnes unum sint sicut tu pater in me &  
ego in te. ut & ipsi in nobis unum sint. ut  
ut credat mundus quia tu me misisti. Et  
ego claritatem quam dedisti mihi dedi eis  
ut sint unum sicut & nos unum sumus.  
Ego in eis & tu in me. ut sint consummati  
in unum. et cognoscat mundus quia tu me  
misisti & dilexisti eos sicut & me dilexi  
sti. Pater quos dedisti mihi uolo. ut ubi  
sum ego & illi sint mecum. ut uideant  
claritatem meam. quam dedisti mihi quia  
dilexisti me ante constitutionem mundi.  
Pater uisite mundus te non cognouit. Ego  
autem te cognoui & hi cognouerunt  
quia tu me misisti. Et notum feci eis nomen  
in tuum & notum faciam ut dilectio  
que dilexisti me in ipsis sit. et ego in ipsis.

Et cum dixisset Jesus egre  
sus est cum discipulis suis  
trans torrentem cedron. &  
erat ortus in quem introi  
uit ipse & discipuli eius sciebat autem et  
judas qui tradebat eum locum quia frequen  
ter Jesus conuenerat illuc cum discipulis  
suis. Judas ergo cum accepisset cohortem  
et a pontificibus et phariseis ministros ue  
nit illuc cum lanternis et facibus et armis.  
Jesus itaque sciens omnia que uentura erant  
supra eum processit et dixit eis. Quem que  
ritis? Respondentes ei. Iesum nazare  
num. Dicit eis Jesus. Ego sum. Stabat  
autem & judas qui tradebat eum cum ipsis.  
Ut ergo dixit eis. ego sum abierunt re  
trorsum et ceciderunt in terram. Iterum



ergo interrogauit eos. Quem queritis. Illi  
autem dixerunt. Iesum nazarenum. Res-  
pondit Iesus. Dixi uobis quia ego sum. Si  
ergo me queritis sinite hos abire. Ut imple-  
retur sermo quem dixit. quia quos dedisti  
mibi non peridi ex eis quemquam. Simon ergo  
Petrus habens gladium eduxit eum. et per-  
cussit pontificis seruum. et abscidit auri-  
culam eius dextram. Erat autem nomen  
serui Malchus. Dicit ergo Iesus Petro. O-  
M utte gladium tuum in uaginam. Calicem  
quem dedit mihi pater non uis ut bibam  
illum. Cohors autem et tribunus et mi-  
nistri iudeorum comprehenderunt Iesum  
et ligauerunt eum. et adduxerunt eum  
ad Annam primum. Erat enim socer Cay-  
phei. qui erat pontifex anni illius. Erat autem  
Cayphas qui consilium dederat iudeis. quia  
expedit unum hominem mori pro populo. Sequi-  
batur autem Iesum Simon Petrus. et alius  
discipulus. Discipulus autem ille erat no-  
tus pontifici. et introiit cum Iesu in atrium  
pontificis. Petrus autem stabat ad ostium  
foris. Exiit ergo discipulus. qui erat notus  
pontifici. et dixit ostiariae. et introduxit  
Petrum. Dixit ergo Petro ancilla ostiaria.  
Nunquid et tu ex discipulis es hominis  
istius. Dicit ille. Non sum. Stabant autem  
serui et ministri ad prunas. quia frigus erat  
et calefaciebant se. Erat autem cum eis  
et Petrus stans et calefaciens se. Pontifex  
ergo interrogauit Iesum de discipulis suis  
et de doctrina eius. Respondit quia Iesus.  
E go palam locutus sum mundo. Ego semper  
doci in synagoga. et in templo quo omnes  
iudei conueniunt. et in occulto locutus  
sum nihil. Quod me interrogas. Inten-

roga eos qui audierunt quod locutus sum  
ipsis. ecce hi. sciunt que dixerim ego.  
Hec autem cum dixisset. unus assistens  
ministrorum dedit alapam Iesu dicens.  
Sic respondes pontifici. Respondit ei Je-  
sus. Si male locutus sum testimonium per-  
hibe de malo. si autem bene. quod me cecidi.  
Et misit eum Annas ligatum ad Caypham  
pontificem. Erat autem Simon Petrus stans  
et calefaciens se. Dixerunt ergo ei. Nun-  
quid et tu ex discipulis eius es. Negauit  
ille et dixit. Non sum. Dicit ei unus ex  
seruis pontificis cognatus eius cuius absci-  
dit Petrus auriculam. Nonne ego te  
iudi in horto cum illo. Iterum ergo ne-  
gauit Petrus et statim gallus cantauit.  
Adducunt ergo Iesum a Caypha in pre-  
torium. Erat autem mane. et ipsi non  
introierunt in pretorium. ut non con-  
taminarentur. sed ut manducarent pa-  
scha. Exiit ergo Pilatus ad eos foras  
et dixit. Quam accusationem affertis ad-  
uersus hominem hunc. Respondent  
et dixerunt ei. Si non esset hic malefac-  
tor. non tibi tradidissent eum. Dicit  
ergo eis Pilatus. Accipite eum uos. et se-  
cundum legem uestram iudicate eum. Di-  
xerunt ergo iudei. Nobis non licet in-  
terficere quemquam. Ut sermo Iesu imple-  
retur quem dixit. significans quia mor-  
te esset moriturus. Introiit ergo iterum  
in pretorium Pilatus. et uocauit Iesum.  
et dixit ei. Tu es rex iudeorum. Respo-  
dit Iesus. et temetipso hoc dicitis an alii.  
dixerunt tibi de me. Respondit Pilatus.  
Nunquid ego iudeus sum. Genus tuum  
et pontifices tradiderunt te mihi. Quid

& in captionem & in scandalum. & uen-  
detur retributionem illis. Obscurentur oculi eo-  
rum ut uideant. et dorsum eorū semper  
incurua. Dico ergo. Nunquid si offenderit  
ut caderent. Absit. Sed illorum delictum sa-  
lus est gentibus ut illos emulentur. q̄ si  
delictum diuitie sunt mundi. et dimittit  
tio eorū. diuitie gentium. q̄to magis pleni-  
tudo eorum. Vobis enim dico gentibus q̄  
diu quidem ego sum gentium apostolus. &  
ministerium meum honorificabo. si quo o-  
modo ad emulandum pacem carnem &  
meam & saluos faciam aliquos ex illis.  
Si enim amissio eorū. reconciliatio est  
mundi. que assumptio nisi uita ex mor-  
tuis. Quæ delibatio sancta est & massa  
et si radix sancta et rami q̄ si aliq̄ ex  
mis fracti sunt. ex autem cum oleaster

esses insertus es in illis & secus radices e  
pinguedinis oliuae factus es. noli gloria  
ri aduersus ramos q. si gloriaris. non tu  
radicem portas sed radice te. Dies ergo  
fructi sunt rami ut ego inserar. Bene pp  
incredulitatem fracti sunt. Tu autem si  
de stas noli altum sapere sed tunc. Si  
enim deus naturalibus ramis non peperat  
ne forte nec tibi pareat. Vide ergo boni  
tatem & seueritatem dei. In eos quidem q.  
cecidērunt seueritatem. in te autem boni  
tatem dei si permanseris in bonitate. alioq.  
et tu excideris. Sed & illi si non perma  
serunt in incredulitate inserent. Potens  
est enim deus iterum inserere illos. Nam  
et si tu ex naturali excisus es oleastro &  
contra naturam insertus es in bonam oli  
uam. quanto magis hi secundum naturam  
inserentur sine oliuae. Nolo enim uos  
ignorare fratres mysterium huius. ut non fi  
tis uobis ipsis sapientes. quia cecitas ex par  
te contingit in israel. donec plenitudo gen  
tium intraret. et sic omnis israel saluus fie  
ret. sicut scriptum est. Veniet ex syon  
q. eripiat et auertat impietate ab iacob.  
Et haec illis a me testamentum cum abster  
lero peccata eorum. Secundum euangeli  
um quidem inimici propter uos. secundum  
electionem autem charitatem propter patres.  
Sine poenitentia enim sunt dona & uoca  
tio dei. Sicut enim aliqui et uos non cre  
didistis deo. nunc autem misericordiam  
consecuti estis propter incredulitatem il  
lorum. ita et isti nunc non crediderunt i  
uram misericordiam. ut & ipsi misericor  
diam consequantur. Concluse enim deus  
omnia in incredulitate. ut omnium ini

serent. O altitudo diuitiarum sapientiae &  
scientiae dei. quae incomprehensibilia sunt iu  
dicia eius et inuestigabiles uiae eius. Quis enim  
cognouit sensum domini. aut quis consilia  
eius eius fuit. Aut quis primo dedit illi  
& retribuetur ei. Quoniam ex ipso & p  
ipsum et in ipso sunt omnia. ipsi gloria  
in secula amen.

Breuo itaque uos fratres per  
misericordiam dei. ut ex  
hibeatis corpora uestra ho  
stiam uiuentem sanctam  
deo placentem. rationabile obsequium o  
uorum. Et nolite conformari huic saeculo.  
sed reformamini in nouitate sensus uestrum.  
ut probetis quae sit uoluntas dei bona &  
beneplacens & perfecta. Dico enim per  
gratiam quae data est mihi omnibus quae sunt  
inter uos. non plus sapere quam oportet sa  
pere. sed sapere ad sobrietatem. et uni  
cuique sicut deus diuisit mensuram fidei. Si  
cut enim in uno corpore multa membra  
habemus. omnia autem membra non eun  
dem actum habent. ita multi unum cor  
pus sumus in christo. singuli autem alter  
alterius membra habentes donationes scilicet  
secundum gratiam quae data est nobis differe  
tes. siue prophetiam secundum rationem.  
fidei. siue ministerium in ministrando.  
Siue quae docet in doctrina. Quae exhortatur  
in exhortando. Quae ui tribuit in simpli  
citate. Quae praestet in solitudine. Qui mi  
seretur in hilaritate. Dilectio sine simu  
latione. Odientes malum. adherentes i  
bono. Charitatem fraternitatis inuicem.  
diligentes. honore inuicem prouidentes.

Solitudine non pigri. spiritus feruentes.  
domino seruentes. Spe gaudentes. in te-  
bulatione patientes. orationi instantes. et  
necessitatibus sanctorum communicantes. ho-  
spitalitatem sectantes. Benedicite perfectis  
tibus uos. Benedicite & nolite maledicere.  
Gaudeate cum gaudentibus. flete cum flen-  
tibus. Idipsum inuicem sentientes. non al-  
ta sapientes. sed humilibus consentientes.  
Nolite esse prudentes apud uosmetipsos. et  
nulli malum pro malo reddentes. prouiden-  
tes bona. non tantum coram deo. sed etiam  
coram omnibus hominibus. Si fieri potest  
quod ex uobis est. cum omnibus hominibus  
pacem habentes. Non uosmetipsos defen-  
dentes charissimum. sed date locum irae. et  
scriptum est. non mihi uindictam. et ego  
retribuam. dicit dominus. Sed si esurierit  
uincus tuus cibus illum. si sitit potum da  
illi. Hec enim faciens carbonem ignis con-  
gretes super caput eius. Noli uincere ma-  
lo. sed uince in bono malum.

Nisi anima potestatibus  
sublimioribus subdita sit.  
Non est enim potestas  
nisi a deo. Quae autem sunt  
a deo ordinatae sunt. Itaque qui resistit po-  
testati dei ordinationi resistit. Qui autem  
resistunt. ipsi sibi damnationem acquirunt.  
Nam principes non sunt timore boni operis  
sed mali. Nisi autem non timere potesta-  
tem. Donum fac. & habebis laudem ex  
illa. Dei enim minister est tibi in bonum.  
Si autem malum feceris time. Non enim  
sine causa gladium portat. Dei enim mi-  
nister est uindictae in iram ei qui malum agit.

Idcirco necessitate subdita estote. non so-  
lum pro ira. sed etiam propter conscien-  
tiam. Ideo enim et tributa praestatis. et  
Ministri enim dei sunt in hoc ipsum se-  
ruentes. Reddite ergo omnibus debitum.  
Cui tributum. tributum. cui uectigal ue-  
ctigal. cui timorem timorem. cui honorem  
honorem. Nemini quodque debeatis. nisi ut in-  
uicem diligatis. Qui enim diligit proximum  
legem impleuit. Nam non adulterabis. non  
occides. non furaberis. non falsum testum  
num dices. non concupisces. et si quod est. et  
aliud mandatum in hoc uerbo institutum  
diliget proximum tuum sicut teipsum. Di-  
lectio proximi malum non operatur. Pleni-  
tudo ergo legis est dilectio. Et hoc scien-  
tes tempus. quia hora est iam nos de somno  
surgere. Nunc enim propior est nostra sa-  
lus. quam cum credidimus. Nox praecessit.  
dies autem appropinquauit. Abiciamus  
ergo opera tenebrae. & induamur arma lu-  
cis. sic ut in die honeste ambulemus. Non  
in comessationibus et ebrietatibus. non in  
cubilibus et impudicijs. non in conten-  
tione & emulatione. sed induimus dominum  
Iesum christum. & carnis curam ne fecerit.  
tas in desiderijs.

N firmum autem in fide  
assumite. non in discepta-  
tionibus cogitationum. Ali-  
enim credit manducare se  
omnia. Quae autem infirmus est olus man-  
ducat. Is qui manducat. non manducante.  
non spernat. & qui non manducat. manduca-  
ntem non iudicat. Deus enim illum assum-  
psit. Tu quis es qui iudicas alienum seruum

Domino suo stat. aut cadit. Stabit autem.  
Potens est enim deus statuere illum. Nam  
alius iudicat diem inter diem. alius autem  
iudicat omnem diem. Unusquisque in suo se-  
su abundat. Qui sapit diem domino sapit. et  
qui manducat domino manducat. Gratias  
enim agit deo. Et qui non manducat. deo  
non manducat. et gratias agit deo. Nemo  
enim nisi sibi uiuit. et nemo sibi moritur.  
Sicut enim uiuimus domino uiuimus. sicut in-  
rimur domino morimur. Sicut ergo uiuimus  
sicut morimur. domini sumus. In hoc enim et  
christus mortuus est. et resurrexit. ut et ui-  
uorum et mortuorum dominetur. Tu autem  
quod iudicas fratrem tuum. aut ex quare spernis  
fratrem tuum. Omnes enim stabimus ante  
tribunal christi. Scriptum est enim. Quis  
ego dicet dominus. quoniam mihi flectet omne  
genus. et omnis lingua confitebitur deo. Ita-  
que unusquisque nisi pro se rationem red-  
det deo. Non ergo amplius inuicem iudi-  
cemus. sed hoc iudicate magis. ne ponatis of-  
fendiculum fratri. ut scandalum. Scio et  
confido in domino Iesu. quia nihil communi  
nisi et qui existimat. quid commune esse. illi  
commune est. Si. enim. propter cibum frater tuus  
contristatur. iam non secundum charitatem  
ambulas. Noli cibo tuo illum perdere. pro  
quo christus mortuus est. Non ergo bla-  
phemetur bonum nisi. Non est. enim. regnum  
dei esca et potus. sed iustitia. et pax. et ga-  
udium in spiritu sancto. Quia enim in hoc ser-  
uit. christo placeat deo. et probatus est. et  
hominibus. Itaque que pacis sunt. sedentur.  
et que edificationis sunt. inuicem custodi-  
amus. Noli propter escam destruere opus dei.  
Omnia quidem sunt munda. sed malum est

hominum qui per offendiculum manducat.  
Donum est non manducare carnem. et  
non bibere unum. neque in quo frater tuus  
offendit. aut scandalizat. aut infirmatur.  
Tu fidem quam habes penes te metipsum.  
habe coram deo. Beatus qui non iudicat se-  
metipsum in eo quod probat. Qui autem dis-  
cernit. si manducauerit. damnatus est. quia  
non ex fide. Omne autem quod non est ex  
fide. peccatum est.

Etenim nos firmio-  
res imbecillitates infirmorum  
sustinere. et non nobis pla-  
cere. Unusquisque uero proxi-  
mo suo placeat in bonum. ad edificationem.  
Etenim christus non sibi placuit. sed sicut scri-  
ptum est. Improperia improantium tibi.  
ecceiderunt super me. Quaecumque enim scripta  
sunt. ad nostram doctrinam scripta sunt. ut  
per patientiam. et consolationem scriptura-  
rum. spem habeamus. Deus autem patientie.  
et solatus det uobis id ipsum sapere. in alte-  
ritate. secundum Iesum christum. ut unanimes  
uno ore honorificetis deum. et patrem domini  
nostri Iesu christi. propter quod suscepit inuice.  
sicut. et christus suscepit uos in honorem dei.  
Dico enim christum Iesum ministrum fuisse  
circumcisionis. propter ueritatem dei. ad con-  
firmandas promissiones patrum. gentes autem  
super misericordia honorate deum. sicut scrip-  
tum est. Propterea confitebor tibi in gen-  
tibus domine. et nomini tuo cantabo. Et uer-  
bum dicit. Letamini gentes cum plebe eius.  
Et iterum. Laudate omnes gentes domi-  
num. et magnificate eum omnes populi.  
Et rursus. Erit radix Jesse.

& q̄ exurgēs regere gentes in cum gentes  
spabunt. Deus autem sp̄i repleat uos om̄i  
gaudio et pace in credendo ut abunde  
tis in sp̄e & uirtute sp̄itus sancti. Certus  
sum autem fr̄es mei et ego ip̄e de uobis.  
qm̄ et ip̄i pleni estis dilectione repleti  
om̄i scientia. ita ut possitis alteruterum o  
monere. Audacius autem scripsi uobis fr̄e  
ex parte. tanq̄ in memoriam uos reducēs.  
propter gratiam que data est mihi a deo  
ut sim minister christi iesu in gentibus  
sanctificans euangelium dei ut fiat obla  
tio gentibus accepta et sanctificata in  
sp̄itu sancto habeo igit̄ gloriam in chr̄  
sto iesu ad deum. Non enim audeo aliq̄  
loq̄ eorum. que per me non efficit chr̄s  
in obedientiam gentium. uerbo & fac  
tis & in uirtute signor̄ & pdigiorum  
uirtute sp̄s sancti. ita ut ab hierusalem p̄  
circantem usq̄ ad illyricum repleuerim  
euangelium christi. Sic autem predica  
ui euangelium hoc. non ubi nominatus ē  
chr̄s ne super alienum fundamentum  
edificarem. sed sicut scriptum est. Quon  
iam q̄bus non est annuntiatum de eo uide  
bunt. & q̄ non audierunt de eo intelli  
gent. Propter qd̄ et impediebar plurim̄  
uenire ad uos & phibitus sum usq̄ ad bē  
Nunc uero ulterius locum non habens in  
his regionib̄ cupiditatem autem habens  
ueniendi ad uos ex multis iam precedē  
tib̄ annis cum in hispaniam pficisci cōcep  
spero q̄ p̄teriens uideam uos. & a uobis  
deducar̄ illuc. si uobis primum ex parte  
fructus fuero. Nunc igit̄ pficiscar̄ in hie  
rusalem ministrare sanctis. Probauerunt  
enim macedonia et achaiā collatioem ali

quam facere in pauper̄ sanctor̄ q̄ sunt in  
hierlm̄. Placuit enim eis et debitores sūt  
eor̄. Nam si spiritualium eorum parti  
cipēs facti sunt gentes. debent & in car  
nalibus ministrare eis. hoc igit̄ cum consum  
uero & assignauiero eis fructum hunc p̄ uos  
proficiscar̄ in hispaniam. Scio autem qm̄  
ueniens ad uos in abundantia benedicti  
onis christi ueniam. Obsecro ergo uos fr̄e  
per dñm n̄m iesum chr̄m & p̄ charitatem  
sancti sp̄s. ut adiuuetis me in orationibus  
ur̄is pro me ad deum. ut liberer̄ ab infide  
lib̄ q̄ sunt in iudea. & obsequij meij obla  
tio accepta fiat in hierlm̄ sanctis ut ueni  
am ad uos in gaudio p̄ uoluntatem dei  
ut refrigeret̄ uobiscum. Deus aut̄ pacis  
sit cum omnib̄ uobis. Amen.

Commendo autem uobis p̄  
ter sororem nr̄am. que est  
in ministerio eccl̄ie que ē  
cenchris. ut eam suscipiatis  
in domino digne sanctis & assistatis ei in  
quocunq̄ negotio uestri indigerit. Cē  
nim ipsa quoq̄ assistit multis. & mihi ip̄s.  
Salutate priscam & aq̄lam adiutores me  
os in chr̄o iesu q̄ pro anima mea suas cer  
uices supposuerunt. q̄bus non solum ego gr̄  
tias ago. sed & curate eccl̄ie gentium et  
domesticam eccl̄iam cor̄. Salutate E p̄  
netum dilectum mihi q̄ est primitiuus Asię  
in christo iesu. Salutate Mariam que mul  
tum laborauit in uobis. Salutate Andro  
nicum et juliam cognatos & concipiuos  
meos q̄ sunt nobiles in x̄p̄is. q̄ et ante me  
fuerunt in christo iesu. Salutate amphi  
timum dilectissimum in dño. Salutate

Urbanum adiutorem nrm in chr̄o Iesv. &  
Sachin dilectum meum. Salutate Appel-  
len pbr̄ in christo. Salutate eos q sunt ex  
Aristoboli domo. Salutate Herodionem co-  
gnatum meum. Salutate eos q sunt ex  
Nartisei domo. Salutate Tripheam &  
Triphosam que laborant in domino. Sa-  
lutate Perfidam charisimam. que multu  
laboravit in domino. Salutate Rufum  
electum in dno. & matrem eius et meam.  
Salutate Asinartum phlegontam Hermē  
patrobi herma. & q cum eis sunt fratres.  
Salutate philologum et iuliam Nereum et  
sororem eius et Olympiadam et omnes q  
cum eis sunt sanctos. Salutate inuicem in  
osculo sancto. Salutant uos omes ecclie i  
christi. R ego autem uos fratres ut obse-  
uetis eos. q dissensioes et offendicula pre-  
ter doctrinā quam uos didicistis. faciunt  
& declinate ab illis. Huiusmodi. n. chr̄o  
domino nro non seruiunt. sed suo uentri.  
et p dulces sermōes et benedictioes seducit  
corda innocentium. Vestra enim obediē-  
tia in omni loco diuulgata est. Gaudeo  
igit in uobis. sed uolo uos sapientes esse in  
bono. et simplices in malo. Deus autem pa-  
cis conterat. sathanā sub pedibus ur̄is uelo-  
citer. Gratia domini nri Iesv christi uobi-  
cum. Salutat uos Thimotheus adiutor  
meus et Lucius & Iason et Sosiphr. cogna-  
ti mei. Saluto uos ego Tertius q scripsi epi-  
stolam in dno. Salutat uos cauius hospes. i  
meus & uniuersa ecclia. Salutat uos o  
Erastus archarius ciuitatis & quartus fr̄  
G rā domini nri Iesv christi cum omnibus  
uobis. amen. Et autem q potens est. uos  
confirmare iuxta euangeliū meum. et

pre dicationem Iesv christi. secundum reue-  
lationem mysterij temporibz. eternis tacui  
qd̄ nunc patefactum est p scripturas. pph̄  
tarum. secundum pceptum. eterni dñi  
ad obediētionem fidei in cunctis gentibus.  
cogniti soli sapienti deo per Iesum chr̄m  
cui honor et gl̄ia in secula seculorum.  
A. M. E. N.

PISTOLA PRI

ma ad corinthios i

multas causas dis-

sasq̄ complectitur.

Quarum partem re-

latione fratre co-

gnouit. ap̄ls. Partim ipsorum corinthioy  
sunt litteris indicate. Nonnullas uero  
p officij sui cura. aut ordinat. aut enen-  
dat. & uarijs curationibz medetur. diue-  
sa infirmitate languentibus. Nam apud  
eos primum curatur dissensionis uitium. i  
qd̄ multi pseudo ap̄stole. unitatem intule-  
runt. scindentes ecclie. ut proprij nomis  
facerent. sectatores. quod his exprobat. ue-  
bis ap̄ls. Hoc autem dico. q unusq̄sq̄ ur̄m  
dicit. Ego qdem sum Pauli. ego autem  
Apollo. ego uero cephe. ego autem chr̄m.  
Et oblique horum se dicit. facere nomi-  
num mentionem. ut multo magis crebes-  
cant. id facere. sub falsorū ap̄stolorum. i  
nominibz. qd̄ etiam si sub Pauli et pe-  
tri sic. nomine displiceret. Secunda cō.

cuius inducitur q̄ paterne oblitus reuerē  
tie uxorem sibi non erubuit facere de  
nouerca. Q̄d facinus licet fornicationem  
appellauerit apl̄s. t̄n̄ ita condemnauit. ut  
in ultimum facti auctorem talis opis diabo  
lo iudicauerit deputandum. imposita iu  
dicioꝝ et litium tertia questione. Q̄to  
loco matrimonioꝝ uira tractant̄ his. Quin  
to loco uirginitatis consilium uelut e uici  
no coniungit̄. Sexto loco de escane licen  
tia disputat̄. Septimo atq̄ octauo loco de  
attendendo uiris & mulieri uelando ca  
pite ac sanctor̄ cōione precipitur. Non  
loco emulatio que diuersitate donorum  
spiritualium nascetur sub exemplo membr̄  
rum et corporis castigata. Decimo resur  
rectionis spes multis et argumentis et ra  
tionibz approbat̄. Ultimo de colligendis  
ad necessitatem sanctorum nomine chari  
tatis cura. ut edificatio cultuꝝ imponere.  
I nferuntur his pauce que aut ut quibusda  
uidetur pendet ex superioribz. aut habent  
licet proprias t̄n̄ paruulas actiones.

ORITHII sunt Achaię  
& hi similiter ab ap̄to. &  
audierunt uerbum ue  
ritatis. & subuersi sūt  
multifarie a falsis apl̄is.  
Quidam apl̄ie uerbosa eloquentia. alij secula  
legis iudaice inducunt sunt. Hos reuocat o  
apostolus ad ueram fidem et euangelicam  
sapientiam scribens eis ab epheso per Timo  
theum discipulum suum.

AVLVVS VOCA  
tus apostolus iesu  
christi per uolun  
tatem dei & soste  
nes frater ecclie  
dei que est corin

thi sanctificatis in christo iesu uocatis fac  
tis cum omnibz q̄ inuocant nomē domi  
nostri iesu christi in omni loco ipsoꝝ. et  
nostro Gratia uobis et pax a deo patre  
nro et dno iesu chr̄o. Gr̄as ago deo me  
semper pro uobis in gr̄a dei que data est  
uobis in chr̄o iesu. quia in omnibz diuine  
facti estis in illo in omni uerbo et in om̄i  
scientia sicut testimonium chr̄i confir  
matum est in uobis. ita ut nihil uobis de  
sit in ulla gratia. expectantibz reuela  
tionem domini nri iesu chr̄i q̄ & con  
firmabit uos usq̄ in finem sine crimine in  
die aduentus domini nri iesu chr̄i. Fide  
lis d̄s per quem uocati estis in societatem  
filij eius iesu chr̄i domini nri. Obsecro aut̄  
uos fr̄es p̄ nomen d̄ni nri iesu chr̄i. ut id  
ipsum dicatis omnes et non sint in uobis  
scismata. Sitis autem p̄fecti in eodem sc̄e  
se & in eadem scientia. Significatum est  
enim mihi de uobis fratres mei ab his qui  
sunt clodes. q̄a contentiones sunt inter  
uos. Hoc autem dico q̄ unusquisq̄ ur̄m di  
cat. Ego quidem sum pauli. ego autem Apo  
lo ego uero cept̄e. ego autem chr̄i. Diuis  
est chr̄i. Nunquid paulus crucifixus est  
pro uobis aut in nomine pauli baptizati  
estis. Gr̄as ago deo meo q̄ neminem ur̄m  
baptizauit nisi crispum & caum. neq̄s



dicat q̄ in nomine meo baptizati estis. 1  
Baptizati autem et Stephane domum ce-  
teris nescio si quem alium ur̄m baptizave-  
rim. Non enim misit me ch̄m̄ baptiza-  
re: sed euangelizare: non in sapientia uer-  
bi. ut non euacuet̄ cruce christi. Verbum  
enim crucis pereuntibus q̄dam stultitia est:  
his autem q̄ salui sunt. id est nobis dei uir-  
tus est. Scriptum est enim. serdam sapien-  
tiam sapientium. et prudentiam prudene-  
tium reprobo. ubi sapiens. ubi scriba. ubi  
inquisitor huius seculi. Nonne stultam fecit  
d̄s sapientiam huius mundi. Nam q̄a in-  
dei sapientia non cognouit mundus per sa-  
pientiam deam. placuit deo p̄ stultitiam. 1  
predicationis saluos facere credentes. Quo-  
niam et iudei signa petunt. & greci sapien-  
tiam querunt. Nos autem predicamus. 1  
ch̄m̄ crucifixum. iudeis quidem scanda-  
lum gentibus autem stultitiam. ipsis autē  
uocatis iudeis atq̄ grecis ch̄m̄ dei uirtu-  
tem. et dei sapientiam. Quia q̄d stultus  
est dei. sapientius est hominibus. et q̄d in-  
firmum est dei. fortius est hominibus. Vi-  
dere enim uocationem ur̄m fr̄es. quia nō  
multi sapientes secundum carnem. non o-  
multi potentes. non multi nobiles. sed que  
stulta sunt mundi elegit d̄s. ut confun-  
dat sapientes. & infirma mundi elegit d̄s  
ut confundat fortia. & ignobilia mundi  
et contempnibilia elegit deus. & ea que  
non sunt. ut ea que sunt destrueret. ut  
non gloriēt̄ omnis caro in conspectu eius.  
E x ipso autem uos estis in christo iesu. qui  
factus est nobis sapientia et iustitia. & fac-  
tificatio & redemptio. ut quemadmodum  
scriptum est qui gloriatur in domino.

gloriet̄.

T ego cum uenissen ad uos  
fratres. ueni non in sublimi-  
tate sermonis aut sapien-  
tie. annuntias uobis testi-  
monium christi. Non enim uideam me  
scire aliquid inter uos nisi iesum christum  
& hunc crucifixum. Et ego in infirmita-  
te & timore & tremore multo fui apud  
uos et sermo meus et predicatio mea. nō  
in persuasibilibus humane sapientie uerbis.  
sed in ostensione sp̄s et uirtutis. ut fides. 1  
ur̄a non sit in sapientia hominum. sed in  
uirtute dei. Sapientiam autem loquimur  
inter p̄fectos. Sapientiam uero non huius  
seculi neq̄ principum huius seculi q̄ de-  
struuntur. sed loquimur dei sapientiam  
in mysterio que abscondita est. quam pre-  
destinavit d̄s ante secula in gloriam nr̄am.  
quam nemo principum huius seculi cogno-  
uit. Si enim cognouissent. nunq̄ dominum  
gl̄ie crucifixissent. Sicut scriptum est. q̄  
oculus non uidit. nec auris audiuit. nec i-  
cor hominis ascendit. que preparauit deus  
his q̄ diligunt illum. Nobis autem reue-  
lauit d̄s p̄ spiritum suum. Sp̄s enim omnia  
scrutatur. etiam profunda dei. Quod enim scit  
hominum que sunt hominis. nisi sp̄s hominis  
q̄ in ipso est. Ita et que deus sunt nemo co-  
gnouit nisi sp̄s dei. Nos autem non sp̄m hu-  
ius mundi accepimus. sed sp̄m q̄ ex deo ē.  
ut sciamus q̄ a deo donata sunt nobis. que  
etiam loquimur non in doct̄is humane sapie-  
ntie uerbis. sed in doctrina sp̄s spiritualibus co-  
parantur. Animalis autem homo non per-  
cipit ea que sunt spiritus dei. Stultitia

enim est illi & non potest intelligere: quia  
spiritualiter examinat. Spiritualis autem  
iudicat omnia: et ipse a nemine iudicatur  
sicut scriptum est. Quis enim cognouit se-  
sum domini: aut quis instruxit eum: No-  
autem sensum christi habemus.

Ego fratres non potui uobis  
loqui quasi spiritualibus: sed  
quasi carnalibus. Tanquam par-  
uulis in christo: lac uobis  
potum dedi non escam. Nondum enim  
poteratis: sed nunc quidem potestis. Ad-  
huc enim carnales estis. Cum enim sit in-  
ter uos zelus et contentio: nonne car-  
nales estis & secundum hominem ambula-  
tis. Cum enim quis dicat: ego quidem sum  
pauli: alius autem: ego apollo: nonne ho-  
mines estis. Quid igitur est apollo: Quid  
uero paulus: Minister eius cui credidisti.  
Et unicuique sicut dominus dedit. Ego plan-  
taui. Apollo rigauit: sed deus nunc incremen-  
tum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid  
neque qui rigat: sed qui incrementum dat  
deus. Qui plantat autem et qui rigat: unum  
sunt. Unusquisque autem propriam mer-  
cedem accipiet secundum suum laborem:  
Dei enim sumus adiutores. Dei agricultura: et  
estis. Dei edificatio estis. Secundum gratiam  
dei: que data est mihi: ut sapiens archi-  
tectus fundamentum posui: alius autem  
superedificat. Unusquisque autem uideat: et  
quomodo superedificet. Fundamentum enim:  
aliud nemo potest ponere praeter id quod  
positum est: quod est christus iesus. Si quis  
autem superedificat super fundamentum:  
haec autem: aurum: lapides preciosos: lignum

scientum stipulam: unicuiusque opus mani-  
festum erit. Dies enim domini declarabit: quia  
in igne reuelabitur: & unicuiusque opus  
quale sit: ignis probabit. Si cuius opus man-  
serit: quod superedificauit: mercedem accipi-  
et. Si cuius opus auferit: detrimentum pa-  
tietur: ipse autem saluus erit: si tamen quasi per  
ignem. Nescitis quia templum dei estis: &  
spiritus dei habitat in uobis. Si quis autem tem-  
plum dei uolauerit: disperdet illum deus. Tem-  
plum enim dei sanctum est: quod estis uos.  
Nemo se seducat. Si quis uidetur inter uos  
sapiens esse in hoc seculo: stultus fiat ut sit  
sapiens. Sapientia enim huius mundi stulti-  
tia est apud deum. Scriptum est enim:  
Comprehendam sapientes in astutia eorum.  
Et iterum: Dominus nouit cogitationes:  
sapientium quoniam uane sunt. Nemo itaque  
glorietur in hominibus. Omnia enim uera  
sunt: siue paulus siue apollo: siue cephas:  
siue mundus siue uita: siue mors: siue presen-  
tia: siue futura. Omnia enim uera sunt: uos  
autem christi. Christus autem dei.

Et nos existimet homo ut  
ministros christi: & dispen-  
satores ministerio dei. Et  
iam queritur inter dispen-  
satores: ut fidei quis inueniatur. Mihi  
autem pro minimo est ut a uobis iudicem:  
aut ab humano die. Sed neque meipsum iudi-  
co. Nihil enim mihi conscius sum: sed non  
in hoc iustificatus sum. Quia autem iudicat: et  
me dominus est. Itaque nolite ante tempus iudi-  
care: quoad usque ueniat dominus qui & illumina-  
bit abscondita tenebrarum: & manifesta-  
bit consilia cordium: et tunc laus erit un-

cuiq; a deo. hec autem fratres transfiguratur  
in me. & apollo propter uos ut in uobis  
discatis ne supra q; scriptum est unus ad  
uersus alteru; inflet; pro alio. Quis enim te  
discernit. Quid autem lex qd non acce-  
pisti. Si autem accepisti. qd gloriaris qsi  
non acceperis. iam saturati estis. iam di-  
diuites facti estis. Sine nobis regnatis. i  
e t utinam regnatis. ut & nos uobiscum  
regnemus. Puto enim q; d; non apostolos  
nouissimos ostendit tanq; morti destina-  
tos q; spectaculum facti sumus mundo  
& angelis et hominibus. Nos stulti pp  
chr̄. uos autem prudentes in christo.  
Nos infirmi uos autem fortes. Nos nobiles.  
nos autem ignobiles. Nos in hanc horam  
et esurimus. et sitimus & nudati sumus.  
& colaphis cedimur et instabiles sumus. e  
laboramus opantes manibus nr̄s. Maledici-  
mur et benedicimur. persecutionem patimur  
& sustinemus. Blasphemamur & obsecra-  
mus. Tanq; purgamenta huius mundi facti  
sumus ouium p̄p̄sima usq; adhuc. Non  
ut confundam uos hoc scribo. sed ut filios  
meos charissimos moneo. Nam si decem mi-  
lia peccatorum habeatis in christo. sed no  
multos patres. Nam in christo iesu per  
euangelium ego. R. ego ergo uos imitato  
res mei estote. sic et ego christi. Ideo mi  
si ad uos timotheum. q; est filius meus  
charissimus et fidelis in domino. qui uos  
commonescat. uas meas que sunt in  
christo iesu. sicut ubiq; in omni ecclesia  
deco. Tanq; non uenturus sum ad uos sic i  
flati sunt qdam. Veniam autem ad uos ci-  
to si dominus uoluerit. et cognoscam no  
sermonem eor; q; inflati sunt. sed uirtute;

Non enim in sermone est regnum dei. sed  
in uirtute. Qd uultis in secula ueniam ad  
uos. an in charitate. et spiritu mansuetu-  
dinis.

Namno auditur inter uos  
fornicatio. & talis fornica-  
tio qualis nec inter gentes  
ita ut uxorem patris sui ali-  
q; habeat. Et uos inflati estis. et non ma-  
gis laetum habuistis. ut tollat de medi-  
um q; hoc opus fecit. Ego quidem abses  
corpore. p̄s autem sp̄s. iam iudicauit ut  
p̄s. cum q; sic operatus est in nomine do-  
mini nr̄i iesu chr̄. congregatis uobis. &  
meo spiritu cum uirtute domini iesu. tra-  
dere huiusmodi hominem sathane in inter-  
itum carnis. ut spiritus saluus sit in die  
domini nr̄i iesu christi. Non est bona glo-  
rificatio uira. Nescitis q; modicum fer-  
mentum. totam massam corrumpit. E xp̄-  
gate uetus fermentum ut sitis noua con-  
spersio. sicut estis azumi. Et enim pascha.  
nr̄m immolatus est chr̄. Itaq; epulem  
non i fermento ueteri. neq; in fermento ma-  
litie et nequie. sed in azumis sinceritatis e  
ueritatis. Scripsi uobis in epistola. ne com-  
miscamini fornicarijs. Non utiq; fornica-  
rys huius mundi. aut auaris. aut rapacib;  
aut idolis seruientib;. aliqui debueratis i  
de hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi  
uobis no comiscari. Si is q; frater nomine  
inter uos est fornicator. aut auarus. aut  
idolis seruens. aut maledicus. aut ebrius.  
aut rapax. cum huiusmodi nec cibum su-  
mere. Qd enim mihi de his q; foris sunt. i  
iudicare. Nonne de his qui intus sunt

uos iudicatis. Nam eos qui foris sunt deus iudicabit. Auferte malum ex uobis ipsis.

¶ Videt aliquis uirum habens negotium aduersus alterum iudicari apud unquam et non apud sanctos. An nescitis quoniam de hoc mundo iudicabunt. Et si in uobis iudicabit mundus indigni estis qui de minimis iudicetis. ¶ Nescitis quoniam angelos iudicabimus quoniam magis secularia. Secularia igitur iudicia si habueritis contemptibiles qui sunt in ecclesia illos constituite ad iudicandum. Ad uerecundiam uestram dico. Sic non est inter uos sapiens quisquam qui possit iudicare inter fratrem suum sed frater cum fratre iudicio contendit et hoc apud infideles. ¶ Iam quidem omnino delictum est in uobis quod iudicia habetis inter uos. Quare non minus iniuriam accipitis. Quare non magis fraudem patimini. Sed uos iniuriam facitis et fraudatis et hoc fratribus. An nescitis quia unquam regnum dei non possidebunt. ¶ Nolite errare neque fornicari neque idolis seruire neque adulteri neque molles neque masculos concubitores neque fures neque auari neque ebriosi neque maledici neque rapaces regnum dei possidebunt. Et hoc aliqui quidem fuistis sed abluti estis sed sanctificati estis sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi et in spiritu dei nostri. ¶ Omnia mihi licent sed non omnia expectant. Omnia mihi licent sed ego sub nullius redigar potestate. E sca uentri et uenter estis deus autem et hunc et hanc destruet. Corpus autem non fornicat

uoni sed domino et dominus corpori. Deus uero et dominum suscitauit et nos suscitabit per uirtutem suam. Nescitis quoniam corpora uestra membra sunt Christi. Tollens ergo membra Chri. faciam membra meretricis. Absit. An nescitis quoniam qui adheret meretrici unum corpus efficitur. Erunt enim inquit duo in carne una. Qui autem adheret domino unus spiritus est. ¶ Fugite fornicationem. Omne enim peccatum quodcumque fecerit homo extra corpus est qui autem fornicat in corpore suo peccat. An nescitis quoniam membra uestra templum sunt spiritus sancti qui in uobis est quem habetis a deo et non estis uestri. Empti enim estis precio magno glorificati et portate deum in corpore uro.

¶ E quibus autem scripsistis mihi bonum est homini mulierem non tangere. Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat et unaqueque suum uirum habeat. Uxori uir debitum reddat similiter autem et uxor uiro. Mulier sui corporis potestatem non habet sed uir similiter autem et uir sui corporis potestatem non habet sed mulier. Nolite fraudare inuicem nisi forte ex consensu ad tempus ut uacatis orationi et iterum reuertimini in id ipsum ne teneat uos sathanas propter incontinentiam uestram. Hoc autem dico secundum indulgentiam non secundum imperium. Vos autem celsos uos homines esse sicut meipsum. Sed unusquisque proprium donum habet ex deo alius quidem sic alius uero sic. Dico autem

non nuptis et uiduis bonum est illis si  
sic permanserint sicut & ego. Quod si non  
se continent nubant. Melius est enim  
nubere quam uiri. His autem qui matrimonio  
iuncti sunt precipio non ego sed domini  
uxorem a uiro non discedere. Quod si  
discesserit manere in nuptam aut uiro  
suo reconciliari. Et uir uxorem non di  
mittat. Nam ceteris dico ego non dominus.  
Siquis frater uxorem habet infidelem & hec  
consentat habitare cum illa non dimittat  
illam. Et si qua mulier habet uirum in  
fidelem & hic consentat habitare cum  
illa non dimittat uirum. Sanctificatus  
est enim uir infidelis per mulierem fidelem  
& sanctificata est mulier infidelis per  
uirum fidelem. Alioquin filii uestri immu  
di essent nunc autem sancti sunt. Quod si  
infidelis discedit discedat. Non enim se  
uituti subiectus est frater ut soror in eu  
modi. In pace autem uocauit uos dominus. Un  
de enim scis mulier si uirum saluum faci  
es. Aut unde scis uir si mulierem saluam  
facies. Nisi unicuique sicut dimisit dominus.  
Sicut enim uocauit deus ita ambulet  
et sicut in omnibus ecclesiis deo. Circu  
cis aliquis uocatus est non adducat pre  
putium. In preputio aliquis uocatus est non  
circuadat. Circuadatio nihil est & preputi  
um nihil est sed obseruatio mandatorum  
dei. Unusquisque in qua uocatione uocatus  
est in ea permaneat. Seruus uocatus est non  
sit tibi cure. Sed & si potes fieri liber ma  
gis utere. Qui enim in domino uocatus est ser  
uus libertus est domini. Similiter qui li  
ber uocatus est seruus est christi. Precio  
empti estis nolite fieri serui hominum.

Unusquisque ergo in quo uocatus est fra  
ter in hoc permaneat apud deum. De uir  
ginibus autem preceptum domini non  
habeo consilium autem deo tanquam misericor  
diam consecutus a deo ut sim fidelis. Et  
existimo enim hoc bonum esse propter  
instantem necessitatem quoniam bonum est  
homini sic esse. Alligatus est uxori noli  
querere solutionem. Solutus est ab uxo  
re noli querere uxorem. Si autem acce  
peris uxorem non peccasti. et si nupse  
rit uirgo non peccauit. Tribulationem  
enim carnis habebunt huiusmodi. Ego autem  
uobis parco. Hoc itaque dico fratres. Tempus  
breue est. Reliquum est ut qui habent  
uxorem tanquam non habentes sint & qui fle  
nt tanquam non flentes & qui gaudent tanquam  
non gaudentes et qui emunt tanquam non  
possidentes & qui utuntur hoc mundo ta  
quam non utantur. Pixere enim figura  
huius mundi. Volo autem uos sine solici  
tudine esse. Qui sine uxore est sollicitus est  
que domini sunt quomodo placeat deo.  
Qui autem cum uxore est sollicitus est  
que sunt mundi quomodo placeat uxo  
ri et diuisus est. Et mulier in nupta &  
uirgo cogitat que domini sunt ut sit sancta  
corpore & spiritu. Que autem nupta est co  
gitat que sunt mundi quomodo placeat  
uiri. Porro hoc ad utilitatem uestram dico  
non ut laqueum uobis injiciam sed ad  
id quod honestum est & quod facultatem pre  
beat sine impedimento dominum obsecran  
di. Siquis autem turpem se uideri existimat  
super uirgine sua quod sit supradulta et ita  
oportet fieri quod uult faciat. Non pec  
cat si nubat. Nam qui statuit in corde suo

firmus non hinc necessitatem potestatem  
autem habens sue uoluntatis. et hoc iudi-  
cauit in corde suo seruare uirginitatem  
suam bene facit. Igitur et qui matrimonio ui-  
git uirginitatem suam bene facit. & qui  
non uigit indigne facit. Mulier alligata est  
legi. quanto tempore uiri eius uiuit. Quod si  
dormierit uiri eius liberata est a lege. **C**  
ui autem uult nubat in domino. Beatior  
autem erit. si sic permanserit secundum  
meum consilium. Puto autem quod et ego  
spiritum dei habeam.

Ex his autem que idolis sa-  
crificantur scimus quia omnes  
scientiam habemus. Scien-  
tia inflat. charitas uero  
edificat. Siquis autem se existimat scire  
aliquid. nondum cognouit quemadmodum  
oporteat eum scire. Siquis autem diligit de-  
um hic cognitus est ab eo. De ceteris autem  
que idolis imolantur scimus. quia nihil est  
idolum in mundo. et quod nullus deus nisi  
unus. Nam et si sunt quod dicantur dii. siue  
in celo siue in terra. si quidem sunt dii multi  
& domini multi. nobis tamen unus deus pa-  
ter ex quo omnia. & nos in illo. & unus  
dominus Iesus christus per quem omnia et nos  
per ipsum. Sed non in omnibus est scientia. Qui-  
dam autem cum conscientia usque nunc ido-  
li quasi idolaticum manducant. et con-  
scientia ipsorum cum sit infirma pollutur. Scia-  
aut nos non commendat deo. Neque enim  
si manducauerimus abundabimus. neque  
si non manducauerimus deficientur. Vide-  
te autem. ne forte hec licentia uestra offen-  
diculum fiat infirmis. Si enim quis uide-

rit eum qui habet scientiam in idolo recumben-  
tem. nonne conscientia eius cum sit infir-  
ma edificabitur ad manducandum idola-  
tica. Et peribit infirmus in tua conscien-  
tia frater propter quem Christus mortu-  
us est. Sic autem peccantes in fratres et  
percutientes conscientia eorum infirmam  
in christum peccatis. Quapropter si esca scanda-  
lizat fratrem meum. non manducabo  
carnem in eternum. ne fratrem meum  
scandalizem.

Non sum liber. Non sum  
apostolus. Nonne chri-  
stum Iesum dominum no-  
strum uidi. Nonne opus  
meum uos estis in domino. Et si alius non  
sum apostolus. sed tamen uobis sum. Nam signaco-  
lum apostolatus mei uos estis in domino.  
Mea defensio apud eos qui me interrogant  
hec est. Nunquid non habemus potestatem  
manducandi et bibendi. Nunquid non  
habemus potestatem sororem mulierem et  
cuiuslibet. sicut et ceteri apostoli & fratres  
domini et cephas. Aut solus ego et bar-  
nabas non habemus potestatem hec operan-  
di. Quis militat suis stipendijs unquam. Quis  
plantat uincam. et de fructu eius non  
edit. Quis pascat gregem. et de lacte gre-  
gis non manducat. Nunquid secundum ho-  
minem hec dico. An & lex hec non dicit.  
Scriptum est enim in lege. Non  
alligabis os boui trituranti. Nunquid de bo-  
bus cura est deo. An propter nos utique  
hec dicit. Nam propter nos scripta sunt. qui  
debet in spe qui arat arare. et qui triturat  
in spe fructus populi. Si nos uobis spiri-

cuia seminauimus. magnum est si nos ca-  
nalia ura metamus. Si alij potestatis uice  
participes sunt. quare non potius nos. Sed  
no' uisi sumus hac potestate. Sed omnia fe-  
stinemus. ne qd' offendiculum deimus e-  
uangelio christi. Nescitis quoniam q' in  
sacrario operant. que de sacrario sunt. i-  
cedunt. Et q' altario deseruiunt. cum al-  
tario participant. Ita & dñs ordinauit.  
ordinauit his q' euangelium annuntiant  
de euangelio uiuere. Ego autem nullo  
hore usus sum. Non autem scripsi. hec o-  
ut ita fiant in me. Donum est enim mihi  
magis mori. q' ut gloriam meam quis eu-  
ciat. Nam et si euangelizauero non est  
mihi gloria. necessitas enim mihi incum-  
bit. Sic enim mihi est si non euangeliza-  
uero. Si enim uolens hec ago. mercedem  
habeo. si autem inuitus. dispensatio mihi  
credita est. Que est ergo merces mea.  
Vt euangelium predicans. sine sumptu po-  
nam euangelium. ut non abutar potesta-  
te mea in euangelio. Nam cum liber es-  
sem ex omnibus. omnium me seruum feci  
ut plures lucrificarem. Et factus sum iu-  
deis tanq' iudeus. ut iudeos lucrifere-  
m.  
Hic q' sub lege sunt. quasi sub lege essem. i-  
cum ipse non essem sub lege. ut eos qui  
sub lege erant. lucrificarem. his q' sine i-  
lege erant. tanq' sine lege essem. cum sine  
lege dei non essem. sed in lege essem. chri-  
sti. ut lucrificarem eos q' sine lege erant. Fac-  
tus sum infirmis infirmus. ut infirmos lu-  
crificarem. Omnibus omnia factus sum. ut  
omnes facerem saluos. Omnia autem faci-  
o pro euangelium. ut participes eius efficiar.  
Nescitis q' hi q' in stadio currunt. omnes q'

dem currunt. sed unus accipit brauium.  
Sic currite. ut comprehendatis. Omnis autem  
q' in agone contendit. ab omnibus se absti-  
net. & illi q'dam ut corruptibilem coro-  
nam accipiant. nos autem incorruptam. i-  
Ego igitur sic curro. no' quasi incertum.  
sic pugno. non quasi in aerem uerberans. i-  
Sed castigo corpus meum. & in seruitute  
redigo. ne forte cum alijs predicauerim.  
ipse reprobus efficiar.

Olo enim uos ignorare. fratres  
qm patres nri omnes sub i-  
nube fuerunt. et omnes in  
re transierunt. & omnes in  
Moyses baptizati sunt in nube. et in mari.  
Et omnes eandem escam spiritalem mandu-  
cauerunt. & omnem eandem potum spiri-  
talem biberunt. Bibeant autem de spiri-  
tali consequente eos. petra. petra autem erat  
christus. Sed non in plumbis core. beneficia-  
tum est deo. Nam prostrati sunt in dese-  
to. hec autem in figura facta sunt. nri.  
ut non sumus concupiscentes malore. sicut  
& illi concupierunt. Neq' idolatre effici-  
amini sicut q'dam ex ipsis. quemadmodum  
scriptum est. Sedit populus manducare  
et bibere. & surrexerunt ludere. Neque  
fornicemur sicut q'dam ex ipsis fornicati  
sunt. et ceciderunt una die uiginti tria  
milia. Neq' tentemus chri-  
stum. sicut q'dam eo-  
rum tentauerunt. & a serpentibus perierunt.  
Neq' murmuraueritis sicut q'dam eorum.  
murmurauerunt. et perierunt ab extra-  
minatore. hec autem omnia figura con-  
tingebant illis. scripta sunt autem ad cor-  
reptionem nram. in quos fines seculorum.

deuenerunt. Itaq; qui se existimat sta-  
re uideat ne cadat. Tentatio uos non ap-  
prehendat. nisi humana. Fidelis autem  
dñs est. q; non patietur uos tentari supra  
id quod potestis. sed faciet etiam cum te-  
tatione prouentum. ut possitis sustinere.  
P ropter qd̄ char̄ mibi fugite ab idolore  
cultura. Ut prudentib; loquor. uosipsi  
iudicete qd̄ dico. Calix benedictionis. i  
cuj; benedicimus. nonne communicatio s̄  
guinis Christi est. Et panis quem frangi-  
mus. nonne participatio corporis est dñi.  
Q uoniam unus panis & unum corpus multi-  
sumus. omnes q; de uno pane & de uno ca-  
lice participamus. Videte. Ihs̄ secundum  
carnem. Nonne q; edunt hostias partici-  
pes sunt altaris. Qd̄ ergo. Dico q; idoli  
immolatum sit aliquid. aut q; idolum sit  
aliquid. Sed que immolant gentes. demoni-  
is immolant. & non deo. Nolo autem uos  
socios fieri demonior;. Non potestis cali-  
cem domini bibere. & calicem demonior;.   
non potestis mensa domini participes esse  
demoniorum & mensar;. An emulamur  
dñm. Nunqd̄ fortiores illo sumus. Omnia  
mibi licent. sed non omnia expediunt. i  
O mnia mibi licent. sed non omnia edificat.  
Nemo qd̄ suum est querat. sed quod alteri.  
O mne quod in macello uenit manducate. i  
nihil interrogantes propter conscientiam.  
D omini est terra et plenitudo eius. Siquis  
uocat uos infidelium ad cenam & uult  
ire. omne qd̄ uobis apponit manducate. i  
nihil interrogantes propter conscientiam.  
S i quis autem dixerit hec immolatum ē ido-  
lis. nolite manducate. pp̄ illum q; indi-  
cauit. & propter conscientiam. Conscie-

tiam aut̄ dico nō tuam. sed alterius. Ut  
qd̄ enim libertas mea iudicet ab aliena  
conscientia. Si ego cum gratia participo.  
qd̄ blasphemor pro eo q; gratias ago. Sive  
ergo manducatis sive bibitis. ut aliud qd̄  
facitis. omnia in gloria dei facite. Sine of-  
fensione estote iudeis et gentib; & ecclie  
dei. sicut et ego p̄ omnia omnib; placeo  
non querens qd̄ mibi utile est. sed qd̄  
multis ut salui fiant.

Imitatores mei estote sicut  
& ego Christi. Laudo aut̄  
uos fratres q; per omnia me  
memores estis & sicut tra-  
didi uobis precepta mea tenetis. Nolo au-  
tem uos scire q; omnis uiri caput. Christus  
est. caput autem mulieris uiri. caput uō  
Christi est dñs. Omnis uir orans aut̄ proph-  
tans uelato capite. deturpat caput suum.  
Omnis autem mulier orans aut̄ pphetans  
non uelato capite deturpat caput suum.  
Unum est enim ac si decaluetur. Nam  
si non uelatur mulier. condeatur. Si uero  
turpe est mulieri tonderi. aut decaluan-  
uelat caput suum. Sicut qdam non deo  
uelare caput suum. qm̄ imago & gloria  
dei est. mulier autem gloria uiri est. Nō  
enim uir ex muliere est. sed mulier ex ui-  
ro. Et enim non est creatus uir pp̄ mulie-  
rem. sed mulier propter uirum. Ideo de-  
cet mulier uelamen habere sup̄ caput suum  
& pp̄ angelos. Veruntamen neq; uir sine  
muliere. neq; mulier sine uiro in domino.  
Nam sicut mulier de uiro. ita & uir per  
mulierem. Omnia autem ex deo. Vosipsi  
iudicete. decet mulierem non uelatum or-



re deum. Nec ipsa natura docet uos. Quod uir quidem si comam nutriat. ignominiam est illi. mulier uero si comam nutriat. gloria est illi. quoniam capilli pro uelamine ei dati sunt. Siquis autem uidetur contemtosus esse. nos talem consuetudinem non habemus neque ecclesia dei. Hec autem precipio. non laudans quod non in melius. sed in deterius conuenitis. Primum quidem conuenientibus uobis in ecclesiam audio scissuras esse inter uos. & ex parte credo. Nas oportet et hereses esse. ut quod probati sunt manifesti fiant in uobis. Conuenientibus ergo uobis in unum. iam non est dominicam coenam manducare. Unusquisque enim suam coenam presumat ad manducandum. Et alius quidem esurit. alius autem ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandum et bibendum? Aut ecclesiam dei contemnitis. et confunditis eos qui non habent? Quid dicam uobis. Laudo uos in hoc non laudo. Ego enim accepi a domino quod et tradidi uobis. quoniam dominus Iesus Christus in qua nocte tradebatur. accepit panem & gratias agens fregit & dixit. Accipite et manducate. Hec est corpus meum quod pro uobis tradetur. hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam coenauit. dicens. Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. hoc facite quotiescunq; bibetis in meam commemorationem. Quotiescunq; enim manducabitis panem hunc & calicem bibetis. mortem domini annuntiabitis donec ueniat. Itaque quicumque manducauerit panem et biberit calicem domini. indigne. reus erit corporis et sanguinis domini. Probet autem seipsum homo. & sic de pane

illo edat & de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne. iudicium sibi manducat & bibit. non diiudicans corpus domini. Ideo inter uos multi infirmi & imbecilles & dormiunt multi. Quod si nosmetipsos diiudicaremus. non utique iudicaremur. De iudicamur autem a domino corrumpimur. ut non cum hoc mundo damnemur. Itaque fratres mei cum conuenitis ad manducandum inuicem expectate. Siquis esurit. domum manducet. ut non iniudicium conuenitis. Cetera autem cum uenero disponam.

Et spiritualibus autem nolo uos ignorare fratres. Scitis autem quoniam cum gentes essetis. ad simulacra muta perducimini euntes. Ideo notum uobis facio quod nemo in spiritu dei loquens dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere dominus Iesus nisi in spiritu sancto. Diuisiones uero gratiarum sunt. idem autem spiritus. Et diuisiones ministracionum sunt. idem autem dominus. Et diuisiones operationum sunt. idem uero deus qui operatur omnia in omnibus. Unicusque autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Alii quidem per spiritum datur sermo sapientie. alii autem sermo scientie secundum eundem spiritum. Alii fides in eodem spiritu. alii gratia sanctorum in uno spiritu. Alii operatio uirtutum. alii prophetia. alii discretio spirituum. alii genera linguarum. alii interpretatio sermonum. Hec autem omnia operatur unus atque idem spiritus. diuidens singulis prout uult. Sicut enim corpus unum est & membra habet. & multa. omnia autem membra corporis cum sint multa. unum tamen corpus sunt. ita & o

christus. Et enim in uno sp̄i om̄es nos in  
unum corpus baptizati sumus. siue iudei si  
ue gentiles siue serui siue serui siue liberi.  
& om̄es in uno spiritu potati sumus. Nas  
et corpus non est unum membr̄. sed multa.  
S i dixerit pes qm̄ non sum manus non sum  
de corpore. Num ideo non est de corpore.  
E t si dixerit auris quoniam non sum oculi  
non sum de corpore. Num ideo non est de  
corpore. Si totum corpus oculus ubi au  
ditus. Si totum auditus ubi odoratus. o  
N unc autem posuit d̄s membra. unum q̄q̄  
corum in corpore sicut uoluit. Q̄d si esset  
omnia unum membr̄ ubi corpus. Nunc  
autem multa q̄dem membra. unum autem  
corpus. Non potest autem dicere oculus  
manu. opa tua non indigeo. aut itez ex  
put pedibus non estis mihi necessarij. Sed  
multo magis que uidentur membra cor  
poris infirmitate esse. necessaria sunt. i  
E t que putamus ignobiliora membra esse  
corporis. his honorem abundantiorē cir  
cudamus. Et que inhonesta sunt n̄ra o  
abundantiorē honestatem h̄nt. Hone  
sta autem n̄ra nullius egent. Sed d̄s t̄r̄s  
parit corpus ei cui debeat abundantiorē  
tribuendo honorem. ut non sit s̄sina in  
corpore. sed in idipsum pro inuicem sint  
sollicita membra. Et siquid patitur unus  
membra. compatiuntur omnia membra.  
siue gloriatur unum membrum congau  
dent omnia membra. Vos autem estis co  
pus christi. & membra de membro. Et  
quosdam q̄dam posuit d̄s in eccl̄ia pri  
mo ap̄tos. secundo p̄phetas. tertio doct̄es  
deinde uirtutes. exinde gr̄as curationum  
opitulatiōes gubernatiōes genera lise.

guare interpretatiōes sermonum. Nunq̄  
omnes ap̄ti. Nunq̄d omnes p̄phete. o  
Nunquid omnes doctores. Nunquid os  
nes uirtutes. Nunquid omnes gratiam  
habent curationum. Nunquid omnes lin  
gus loquuntur. Nunq̄d omnes interpre  
tantur. Emulamini autem charismata.  
meliora. Et adhuc excellentiorē uiam  
uobis demonstro.

I linguis hominum loquar  
et angelorum. charitatem  
autem non habeam. factus  
sum uelut es sonans aut  
cymbalum tinniens. Et si habuero p̄phetiā.  
et nouerim mysteria omnia. et omnem sciē  
tiam. et si habuero omnem fidem ita ut mō  
tes transferam. charitatem autem non ha  
buero. nihil sum. Et si distribuero in cibo  
pauperum omnes facultates meas. & si tra  
didero corpus meum ita ut ardeam. cha  
ritatem autem non habuero. nihil mihi pr̄  
dest. Charitas patiens est. benigna est. i  
Charitas non emulat. non agit perperam.  
non inflatur. non est ambitiosa. non que  
rit que sua sunt. Non irritatur. non cogi  
tat malum. non gaudet super iniquitate. cō  
gaudet ueritati autem. Omnia suffert. om  
nia credit. omnia spat. omnia sustinet. Cha  
ritas nunq̄ excidit. Siue p̄phetia euacu  
buntur. siue lingue cessabunt. siue scientia  
destruetur. Ex parte enim cognoscimus. e  
ex parte p̄phetamus. Cum autem uene  
rit q̄d perfectum est. euacuabit q̄d ex i  
parte est. Cum essem paruulus. loquebar  
ut paruulus. sapiebam ut paruulus. cogita  
bam ut paruulus. Qm̄ autem factus sum iij.

evacuati que erant paruuli. Videmus  
nunc p̄speculum in enigmate. tunc autē  
facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte  
tunc autē cognoscam. sicut & cognitus o  
sum. Nunc autē manent fides. spes. cha  
ritas. tria hec maior autē horū est. &  
charitas.

E etiam in charitatem. emv

luminis spiritalia. magis autē

ut profeceritis. Quoniam loqr̄

lingua non hominibus loqr̄.

Nemo enim audit. Sp̄s autē loqr̄ myste  
ria. Nam quē prophetat hominibus loqr̄  
ad edificatiōem et exhortationem & con  
solationem. Quis loqr̄ lingua. semetipsum  
edificat. quō autē prophetat. ecclesiam ed  
ficat. Solo autē uos loqr̄ linguis. magis au  
tem prophetare. Nam maior est quō prophe  
tat. quō qui loqr̄ linguis. nisi forte inter  
pretetur. ut ecclesiam edificatiōem accipi  
at. Nunc autē fr̄es si uenero ad uos lin  
guis loquens quod uobis prodero. nisi uobis  
loquar aut in reuelatione. aut in scientiā.  
aut in prophetiā. aut in doctrinā. Tamen  
ura. Testimonium enim perhibeo uobis. i  
qa si fieri posset oculos uestros eruissetis  
& dedissetis mihi. Ergo inimicus uobis  
factus sum uerum dicens uobis. Emula  
tur uos non bene. sed excludere uos uolere  
ut illos emulemini. Bonum autem emu  
lamini in bono semper & non tm̄ cum p̄  
sens sum apud uos. Filioli mei quos iterum  
parturio. donec formet̄ chr̄m in uobis.  
Vellem autem esse apud uos modo et in  
tare uocem meam. quoniam confundor  
in uobis. Dicite mihi q̄ sub lege uultis e  
se. Legem non legistis. Scriptum est. n.  
qm̄ Abrahā duos filios habuit. unum  
de ancilla & unum de libera. Sed qui  
de ancilla secundum carnem natus est  
q̄ autem de libera per remissionem. i  
que sunt p̄ allegoriam dicta. Hec enim s̄  
duo testamenta. Vnum q̄dem in monte  
syna in seruitutem generans que est ag  
S vna enim mons est in arabia q̄ conuul  
ditus est a que nunc est hierlm̄ & ser  
uit cum filijs suis. Illa autem que surse  
est hierlm̄. libera est. que est mater nra.  
S criptum est enim. Letare sterilis que  
non parit. erumpet & clama que non  
parturit. qa multi filij deserte magis q̄  
eius que h̄t uirum. Nos autem fr̄es secun  
dum Isaac p̄missionis filij sumus. Sed qv̄  
modo tunc isq̄ fm̄ carnem natus fuerat  
p̄sequeretur eum qui secundum sp̄m. ita et  
nunc. Sed quid dicit scriptura. Tunc

ancillam & filium eius. Non enim here  
ret filius ancille cum filio libere. Itaq̄  
fr̄es non sumus ancille filij sed libere. qu  
libertate chr̄m nos liberauit.

Tate et nolite iterum in  
go seruitutis contineri. o  
Ecc̄ ego Paulus dico uo  
bis. quoniam si circumcisa  
mini christus uobis nihil proderit. Testi  
ficor autem rursus omni homini circuno  
denti se. qm̄ debitor est uniuerse legis fa  
ciende. Euacuat̄ estis a christo. Qui in le  
ge iustificamini a gratia excidistis. No  
enim sp̄m ex fide sp̄m iusticie expecta  
mus. Nam in chr̄m. Iesu neq̄ circumcisio ali  
qd̄ ualet. neq̄ preputium. sed fides que  
per caritatem opatur. Currebatis bene. i  
qs uos fascino ueritati non obedire. i  
Nemini consensistis. Persuasio hec non  
est ex eo q̄ uocat uos. Modicum ferme  
tum totam massam corrumpit. Ego cō  
fido in uobis in domino. q̄ nihil aliud fa  
ciatis. Qui autem conturbat uos. portabit  
iudicium quocunq̄ est ille. Ego autem fr̄es  
si circumcisioem adhuc predico. qd̄ adhuc. i  
p̄secutionem patior. Ergo euacuat̄ est  
scandalum crucis. Utinam abscondantur  
q̄ uos conturbant. Vos enim in libertatem  
uocati estis fr̄es. tantum ne libertatem in  
occasione detis carnis. sed per charitatem  
sp̄s seruite inuicem. Omnis enim lex in  
uno sermone implet. diliges proximum tu  
um sicut teipsum. Qd̄ si inuicem morde  
tis & comedetis. uidete. ne ab inuicem  
consumamini. Dico autem in chr̄m. Spi  
ritu ambulate. & desideria carnis non

perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spm spiritus autem aduersus carnes. Hi enim sibi inuicem aduersantur: ut non quecumq; uultis illa faciatis. Quod si spiritu ducimini non estis sub lege. Manifesta sunt autem opera carnis que sunt fornicatio immunditia impudicitia luxuria idolorum seruitus ueneficia inimitie contentiones emulationes ut irascere dissensiones sedes inuidie homicidia ebrietates comestiones et his similia que predicatio uobis sicut predicti. quoniam que talia agunt regnum dei non consequentur. Fructus autem spiritus est charitas gaudium pax patientia benignitas bonitas longanimitas mansuetudo fides modestia continentia castitas. Aduersus huiusmodi non est lex. Qui autem sunt christi. carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. Si spiritu uiuimus spiritu & ambulamus. Non efficiamur inanis glorie cupidi inuicem puocantes inuicem inuidentes.

Ratres et si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto uos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis considerans te ipsum ne & tu tentaris. Alter alterius onera portate et sic adimplebitis legem christi. Nam si quis existimat se aliquid esse cum nihil sit ipse se seducit. Opus autem suum probet unusquisque & sic in semetipso tantum gloriam habebit et non in altero. Unusquisque enim onus suum portabit. Communicate autem que cathetizatur uerbo que

que se cathetizat in omnibus bonis. Nolite errare deus non iridetur. Que enim seminauerit homo hec & metet. Quoniam etiam que seminat in carne sua de carne et metet corruptionem que autem seminat in spiritu de spiritu metet uitam eternam. Bonum autem facientes non deficiamus tempore enim suo metemus non deficientes. Ergo dum tempus habemus operemur bonum ad omnes maxime autem ad domesticos fidei. Videte quibus litteris scripsi uobis mea manu. Quicunque enim uolunt placere in carne hi cogunt uos circumcidi tantum ut crucis christi persecutionem non patiantur. Neque enim circumciduntur legem custodiunt sed uolunt uos circumcidi ut in carne uira gloriorentur. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri iesu christi per quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo. In christo enim iesu neque circumcisio aliquid ualeat neque preputium sed noua creatura. Et quicumque hanc regulam secuti fuerint pax super illos et misericordia et super israel dei. De cetero nemo mihi molestus sit. Ego enim stigmata domini iesu christi in corpore meo porto. Gratia domini nostri iesu christi cum spiritu uestro fratres.

AMEN.

PHESII SVNT  
et fiam. In accepto  
uero ueritatis p  
stiterunt in fide.  
Hos collaudat apls  
scribens eis a Rom<sup>a</sup>  
de carcere per Tythicum diaconem.

AVLVS apls christi  
Iesu per uoluntatem  
dei omnibus sanctis qui  
sunt ephesi & fidelibus  
in christo Iesu. Gra.  
uobis et pax a deo patre nostro & do-  
mino Iesu christo. Benedictus deus & pater  
domini nostri Iesu christi. qui benedixit nos in  
omni benedictione spiritali in celestibus  
in christo. sicut elegit nos in ipso ante mu-  
di constitutionem. ut essemus sancti &  
immaculati in conspectu eius in charita-  
te. Qui predestinavit nos in adoptionem  
filiorum per Iesum christum in ipsum secun-  
dum propositam uoluntatis sue in laudem  
glorie gratie sue. in qua gratificauit nos  
in dilecto filio suo. in quo habemus  
redemptionem per sanguinem eius. re-  
missionem peccatorum secundum diuitias  
gratie eius que superabundauit in nobis  
in omni sapientia & prudentia. ut no-  
tum faceret nobis sacramentum uoluntatis sue  
secundum beneplacitum eius quod proposuit in  
eo dispensatione plenitudinis temporis

instaurare omnia in christo que in celis  
& que in terra sunt in ipso. In quo etiam  
nos sorte uocati sumus predestinati secun-  
dum propositum eius qui operatur omnia  
secundum consilium uoluntatis sue. ut si-  
mus in laude glorie eius qui ante sperauimus  
in christo. In quo & uos cum audissetis e-  
uum ueritatis euangelium salutis uestre.  
in quo & credentes signati estis spiritu  
promissionis sancto. qui est pignus heredi-  
tatis nostre in redemptionem acquisitionis  
in laudem glorie ipsius. Propterea et ego  
audiens fidem uestram que est in christo  
Iesu et dilectione in omnes sanctos non  
cesso gratias agens pro uobis memoriam uestram  
faciens in orationibus meis. ut deus dominus  
noster Iesus christi pater glorie det uobis spiritum  
sapientie & reuelationis in agnitionem  
eius illuminatos oculos cordis uestrum. ut scia-  
tis que sit spes uocationis eius. & que di-  
uitie glorie hereditatis eius in sanctis.  
et que sit supereminens magnitudo uir-  
tutis eius in nos. qui credimus secundum  
operationem potentie uirtutis eius quam o-  
peratus est in christo suscitans illum a  
mortuis. et constituens ad dexteram  
suam in celestibus supra omnem principatum  
& potestatem & uirtutem & domi-  
nationem. & omne nomen quod nominatur  
non solum in hoc seculo. sed etiam in fu-  
turo. & omnia subiecit sub pedibus eius.  
Et ipsum dedit caput supra omnem eccle-  
siam que est corpus ipsius. & plenitudo  
eius qui omnia in omnibus adimpletur.

T uos cum essetis mortui  
delictis & peccatis uestris  
in quibus aliquando ambulastis se-  
cundum mundi huius. se-  
cundum principem potestatis aeris huius. spiritus  
qui nunc operatur in filios diffidentie in quibus  
et nos omnes aliquando conuersati sumus. in  
desiderijs carnis nostre facientes uolun-  
tatem carnis et cogitationum. et eramus  
natura filij ire sicut & ceteri. Deus autem  
qui diues est in misericordia propter nimiam chri-  
tatem suam quam dilexit nos. et cum essemus  
mortui peccatis conuiuificauit nos in christo  
cuius gratia estis saluti. & conuersificauit  
& confederet fecit in celestibus in christo Je-  
su. ut ostenderet in seculis superuenientibus  
abundantes diuitias gratie sue in bonita-  
te super nos in christo iesu. Gratia enim est  
saluati per fidem. et hec non ex uobis. Dei  
enim donum est. non ex operibus. ut neque  
gloriatur. Ipsi enim sumus factura cre-  
ati in christo iesu. in operibus bonis. que  
preparauit deus ut in illis ambulemus. **I**  
propter quod minores estote quam aliquando uos qui  
gentes eratis in carne. qui dicebamini pre-  
putium ab ea que dicitur circumcisio in car-  
ne manufacta. que gratis illo in tempore sine  
christo alienati a conuersatione israel. et  
hospites testamentorum promissionis spem  
non habentes. & sine deo in hoc mundo. **N**  
autem in christo iesu uos qui aliquando eratis lon-  
ge. facti estis prope in sanguine christi. **I**  
ipse enim est pax nostra que facit utraque unum.  
& medium parietem macere soluens ini-  
micitias in carne sua. legem mandatorum  
decretis euacuatore. decretis euacuans ut  
duos condat in semetipso in unum nouus

hominem faciens pacem. ut reconciliet am-  
bos in uno corpore deo per crucem inter-  
ficiens inimicitias in semetipso. et ueniens  
euangelizauit pacem uobis qui longe fuisti  
& pacem his qui prope. quoniam per ipsum habemus  
accessum ambo in uno spiritu ad patrem. Er-  
go iam non estis hospites et aduene. sed  
estis ciues sanctorum. & domestici dei super  
edificati super fundamentum apostolorum &  
prophetarum. ipso summo angulari lapide  
christo iesu. in quo omnis edificatio con-  
structa crescit in templum sanctum in  
domino. In quo et uos coedificamini in  
habitaculum dei in spiritu sancto.

**S**icut rei gratia ego Paulus  
uinctus christi iesu pro  
uobis gentibus. si tamen au-  
distis dispensationem gra-  
tie dei que data est mihi in uobis quoniam se-  
cundum reuelationem notum mihi fac-  
tum est sacramentum sicut supra scripsi in breui.  
prout potestis legentes intelligere pru-  
dentiam meam in ministerio christi. quod  
alijs generationibus non est agnatum filij  
hominum. sicuti nunc reuelatum est sanctis  
apostolis eius & prophetis in spiritu. esse ge-  
ntes coheredes et concorporales & compar-  
ticipes promissionis in christo iesu per eu-  
gelium cuius factus sum ego minister. se-  
cundum donum gratie dei que data est  
mihi secundum operationem uirtutis eius. **S**  
ibi enim omnium sanctorum minimo data  
est gratia hec in gentibus euangelizare in-  
uestigabiles diuitias christi. & illumina-  
re omnes que sunt dispensatio sacramenti ab-  
sconditi a seculis in deo qui omnia creauit.

ut innotescat principibus & potestatibus  
in celestibus per ecclesiam multiformis sa-  
pientia dei secundum predestinationem seculorum  
quam fecit in christo iesu domino nostro in  
quo habemus fiduciam & accessum in con-  
fidentia per fidem eius. Propter quod peto ne  
deficiatis in tribulationibus meis pro vo-  
bis que est gloria vestra. huius rei gratia  
flecto genua mea ad patrem domini no-  
stri iesu christi. ex quo omnis paternitas  
in celis & in terra nominatur. ut det vo-  
bis secundum diuitias glorie sue uirtute  
corroborari per spiritum eius in interiori homi-  
ne christi habitare per fidem in cordibus ue-  
stris. in charitate radicati et fundati. ut  
possitis comprehendere cum omnibus scien-  
tiis que sunt latitudo & longitudo et su-  
blimitas & profundum. Scire etiam super-  
eminentem scientie charitatem christi  
ut impleamini in omnem plenitudinem  
dei. Et autem qui potens est omnia facere  
super abundanter quam petimus aut intelligimus  
secundum uirtutem que operatur in no-  
bis ipsi gloria in ecclesia et in christo iesu in  
omnes generationes seculi seculorum amen.

77  
Besero itaque uos ego unec-  
tus in domino ut digne  
ambuletis uocatione qua  
uocati estis cum omni hu-  
militate et mansuetudine cum patien-  
tia supportantes inuicem in charitate. et  
solliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis  
Sicut unum corpus & unus spiritus. sicut  
uocati in una spe uocationis uestre. Unus  
deus. una fides. unum baptisma. Unus deus  
& pater omnium qui super omnes & per omnia

& in omnibus nobis. Unicuique autem nunc  
data est gratia secundum mensuram do-  
nationis christi. propter quod dicit. Ascen-  
dens in altum captiuam duxit captiuitatem.  
dedit dona hominibus. Quod autem  
ascendit quod est nisi quia & descendit primo in  
inferiores partes terre. Qui descendit  
ipse est & qui ascendit super omnes celos. ut  
adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam  
quosdam apostolos quosdam autem propheta-  
tas. alios uero euangelistas. alios autem  
pastores & doctores ad consumationem  
sanctorum. in opus ministerii in edificatio-  
nem corporis christi. donec occurramus om-  
nes in unitatem fidei & agnitionis filii dei  
in uerum perfectum. in mensuram etatis  
plenitudinis christi. ut iam non simus par-  
uuli fluctuantes & circumferamur omni-  
uento doctrine in nequa hominum in-  
astutia ad circumentionem erroris. Veri-  
tatem autem facientes in charitate cresemus  
in illo per omnia qui est caput christi. ex  
quo totum corpus compactum et conexum  
per omnem iunctionem summistrati-  
onis secundum operationem in mensuram  
uniuscuiusque membri augmentum corporis  
facit in edificationem sui in charitate. Hoc  
igitur dico et testificor in domino ut iam non  
ambuletis sicut & gentes ambulantes in  
uauanitate sensus sui tenebris obscuratum  
habentes intellectum. alienati a uita dei  
per ignorantiam que est in illis propter  
cecitatem cordis ipsorum. qui despantes se-  
metipsos tradiderunt impudencie in ope-  
ratione immunditie omnis in auaritiam.  
Vos autem non ita didicistis christum. si tamen  
illum audistis & in ipso edocti estis sicut



est ueritas in leu. Deponite uos secun-  
dum pristinam conuersationem ueterē  
hominem q̄ corrumpit secundum delide-  
ra erroris. Renouamini autem sp̄s mes-  
tis uestre. & in diuite nouum hominem q̄  
secundum deum creatus est in iustitia et  
sanctitate ueritatis. Propter q̄d deponē-  
tes mendacium loquimini ueritatem unusq̄s  
q̄ cum pximo suo qm̄ sumus inuicem inē-  
bra. Irascimini et nolite peccare. Sol non  
occidat super iracundiam ur̄am. Nolite  
locum dare diabolo. Q̄ furabat̄ iam non  
furet̄. magis autem laboret opando ma-  
nib̄ suis q̄d bonum ē. ut habeat unde  
tribuat necessitatem patienti. Omnis ser-  
mo malus ex ore uestro non p̄cedat. sed  
siquis bonus ad edificationem fidei. ut  
det gr̄am audientib̄. Et nolite contristare  
sp̄m sanctum dei. in quo signati estis in  
die redemptionis. Omnis amaritudo et  
ira & indignatio et clamor & blasphemia  
tollatur a uobis cum omni malitia. Esto-  
te autem inuicem benigni misericordes. &  
donantes inuicem. sicut & d̄s in Chr̄o  
donauit uobis.

Stote ergo imitatores dei  
sicut filij charissim̄. et am-  
bulate in dilectione. sicut  
& christus dilexit nos. &  
tradidit semetipsum p̄ nobis oblationem  
et hostiam deo in odorem suauitatis. For-  
nicatio autem & omnis immunditia aut  
auaritia nec nominetur in uobis sicut de-  
cei sanctos. aut turpitudō aut stultiloq̄-  
um. aut scurrilitas que ad rem non per-  
tinet. sed magis gratiar̄ actio. Hic enim

scitote intelligentes q̄ omnis fornicator  
aut immundus. aut auarus. q̄d est ido-  
lorum seruitus. non h̄t hereditatem in  
regno Chr̄i et dei. Nemo uos seducat  
inaniū uerbis. propter hec enim uenit  
ira dei in filios dissidentie. Nolite er-  
go effici participes eor̄. Eratis enim ali-  
quando tenebre. nunc autem lux in d̄no  
Et filij lucis ambulate. Fructus enim lu-  
cis est in omni bonitate & iustitia. et ue-  
ritate. Probantes q̄d sit beneplacitum. &  
deo. Et nolite coiccare opib̄ infructuo-  
sis tenebrar̄. magis autem redarguite.  
Que enim in occulto fiunt ab ipsis tur-  
pe est & dicere. Omnia autem que ar-  
guuntur a lumine manifestantur. Omne  
enim q̄d manifestatur lumen est. propte-  
r q̄d dicit. Surge q̄ dormis et exurge a  
mortuis et illuminabit te chr̄s. Vide-  
te itaq̄ fr̄es quomodo caute ambuletis.  
non quasi insipientes. sed ut sapientes. re-  
dimentes tempus qm̄ dies mali sunt. Pro-  
pterea nolite fieri imprudentes. sed intel-  
ligentes uoluntas dei. Et nolite inebria-  
ri uino in quo est luxuria. sed implēmi  
sp̄itu sancto. loquentes uobis metipsis i  
psalms hymnis et cantical̄ spiritualib̄. can-  
tantes et psallentes in cordib̄ uestris  
d̄no gr̄as agentes semper pro omnib̄ in  
nomine dom̄i nostri Iesu Chr̄i deo &  
patri. Subiecti inuicem in timore chr̄i.  
Mulieres uiris subdite sint sicut dom̄i  
no. qm̄ uir caput est mulieris. sicut o  
chr̄i caput est eccl̄ie. ipse saluator co-  
poris eius. Sed sicut eccl̄ia subiecta est  
chr̄o. ita et mulieres uiris suis in om̄i-  
bus. Viri diligite uxores uestras. sicut &

chr̄ dilexit .ecclesiam. & seipsum tr̄  
didit pro ea ut illam sanctificaret o  
mundans eum lauacro aque in uer  
bo uite. ut exhibet ip̄e sibi gloriosam  
.ecclesiam. non habentem maculam aut  
rugam. aut aliquid huiusmodi. sed ut  
sit sancta et immaculata. Ita et uiri de  
bent diligere uxores suas ut corpora  
sua. Quam uxorem diligit. seipsum  
diligit. Nemo enim unq̄ carnem suam  
odio habuit. sed nutrit et fouet eam.  
sicut & chr̄ .ecclesiam. q̄a membra sum  
corporis eius. de carne eius & de ossib  
eius. Propter hoc relinquet homo patr̄m  
et matrem suam. et adheret uxori su  
& erunt duo in carne una. Sacramen  
tum hoc magnum est. Ego autem dico  
in chr̄o & in .ecclesia. Veruntamen &  
uos singuli unusquisq̄ uxorem suam. sicut  
seipsum diligit. uxor autem timeat  
uir suum.

Illy obedite parentibus  
uiris in domino. Hoc eni  
iustum est. honora patr̄m  
tuum. et matrem tuam. q̄  
est est mandatum primum in p̄missio  
ne ut bene sit tibi. & sis longeuus sup  
terram. Et uos patr̄es nolite ad iracundi  
am puocare filios uestros. sed educate  
illos in disciplina & correptione dom̄i.  
serui obedite d̄no carnalibus cum tim  
ore & tremore & simplicitate cordis uir̄  
sicut chr̄o non ad oculum seruientes. qū  
si hominibus placentes. sed ut serui chr̄i  
facientes uoluntatem dei. ex animo eius  
bona uoluntate seruientes. sicut domino

& non hominibus. scientes qm̄ unusquisq̄  
quodcumq̄ fecerit bonum hoc recipiet a  
domino. siue seruus siue liber. Et uos  
d̄ni cadē facite illis remittentes minas.  
scientes q̄a et illos & uir̄ dominus est  
in celis. & p̄sonarum acceptio non est  
apud deum. De cetero fratres confortamini  
in domino et in potentia uirtutis eius.  
Induite uos armaturam dei. ut possitis  
stare aduersus insidias diaboli. qm̄ non  
est nobis colluctatio aduersus carnem  
& sanguinem sed aduersus principes &  
potestates. aduersus mundi rectores te  
nebrarum harum contra spiritualia nequie  
in celestibus. Propterea accipite armaturam  
dei ut possitis resistere in die malo. & in  
omnibus p̄fecti stare. State ergo succin  
ti lumbos uros in ueritate. & indui lo  
ricam iustitie. & calcati pedes in p̄pa  
ratione euangely pacis. In omnibus sume  
tes scutum fidei in quo possitis omnia  
tela nequissimi ignea extingue. & galeas  
salutis assume. & gladium sp̄s quod e  
uerbum dei per omnem orationem et ob  
secrationem orantes omni tempore in  
sp̄ite. & in ip̄o uigilantes in omni in  
stantia & obsecratione. p̄ omnibus sanct  
is & pro me. ut detur mihi sermo in ap  
tione oris mei cum fiducia notum face  
mysterium euangely. pro legatione fun  
gor in cathena ista ita in ip̄o audeam p̄  
ut oportet me loq̄. Et autem & uos  
scitis que circa me sunt quid agam. &  
omnia uos nota faciet. Tychicus chr̄i  
frater & fidelis minister in d̄no. quem  
misi ad uos in hoc ipsum. ut cognosca  
tis que circa nos sunt. & consoletur

corda ur̄a. Pax fr̄ibz et charitas cum  
fide a deo patre nostro & domino Iesu  
Christo. Gratia cum omnibz q̄ diligunt  
dñm nr̄m Iesum Chr̄m in incorruptione.

Λ Ο Ξ Υ.

PHILIPPENSES

sunt Macedones. 1

Hi accepto uerbo

ueritatis p̄stiterū

in fide. nec recepe

runt falsos aptos.

hos collaudat apt̄s. scribens eis x̄. R. oia  
de carcere per epaphroditum.

AVLVVS & Thimo

theus serui Iesu Chr̄m

omnibz sanctis in Chr̄m

Iesu q̄ sunt. Philippis

cum ep̄is & diaconibz.

Gr̄ata uobis & pax a deo patre nostro &  
domino Iesu Chr̄m. Gratias ago deo me  
in omni memoria ur̄i sp̄ in cunctis ora  
tionibz meis pro omnibz uobis cum ga  
udio deprecationem faciens sup̄ comu  
nicat̄e ur̄a in euangelio Chr̄m a prim̄  
die usq̄ nunc confidens hoc ipsum quia  
q̄ cepit in uobis opus bonum pficiet usq̄  
in diem Chr̄m Iesu. Sicut enim est mihi  
iustum hoc sentire p̄ omnibz uobis. eo q̄  
habeam uos in corde & in uinculis meis

et in defensione & confirmat̄e euangeli  
j socios gaudij mei omnes uos esse.  
Testis enim mihi est d̄s quomodo cupi  
am omnes uos esse in uisceribz Iesu Chr̄m.  
Et hoc oro ut charitas ur̄a magis ac ma  
gis abundet in omni scientia & in om  
ni sensu ut p̄bens potiora ut sitis sincerē  
& sine offensa in diem Chr̄m repleti fuit  
uobis iustit̄a p̄ Iesum Chr̄m in gloriam &  
laudem dei. Scire autem uolo uos fr̄es  
q̄a quae circa me sunt magis ad p̄fectum  
uenerunt euangeli j ita ut uincula mea  
manifesta fierent in Chr̄m in omni p̄e  
torio et in ceteris omnibz ut plures e  
fratribz in domino confidentes in uin  
culis meis abundantius auderent sine  
timore uerbum dei loq̄. Quidam quidem  
& p̄ inuidiam & contentiōem q̄dam  
autem et propter bonam uoluntatem o  
Chr̄m predicant. Quidam ex charitate  
scientes q̄m in defensione euangeli j posi  
tus sum. Quidam autem ex contentione  
Chr̄m annuntiant non sincerē existimante  
tes pressuram se suscitare uinculis meis.  
Qd̄ enim. Dum omnimodo siue p̄ occa  
sionem siue p̄ ueritatem Chr̄m annuntiet  
& in hoc gaudeo sed et gaudebo. Scio n̄  
q̄a hoc mihi pueniet ad salutem per ur̄as  
orationem & sumministrationem sp̄s Iesu  
Chr̄m secundum expectationem & spem  
meam q̄a in nullo confundar sed in om̄i  
fiducia sicut semper & nunc magnifica  
bitur Chr̄m in corpore meo siue p̄ uitam  
siue p̄ mortem. Mihi enim uiuere Chr̄m  
est & mori lucr̄. Qd̄ si uiuere in carne  
hic mihi fructus op̄is est & qd̄ eligam igno  
ro coartor autem e duobz desiderium h̄m̄

dissolui & esse cum chr̄o multo magis  
melius permanere autem in carne neces-  
sarium propter uos. Et hoc confidenter scio  
quia manebo & permanebo omnibus uobis ad  
perfectum uerbum & gaudium fidei. ut gratia  
uostre abundet in chr̄o iesu in me per  
meum aduentum uterem ad uos. Tantum-  
digne euangelio chr̄o conuersamini ut  
sicut cum uenero & uidero uos. siue ab-  
sens audiam de uobis quia statis in uno spi-  
ritu. unanimes collaborantes fidei euan-  
gely & in nullo terreamini ab aduersa-  
riis. que est illis causa perditionis. uobis  
autem salutis. Et hoc a deo. Quia uobis  
donatum est pro chr̄o. non solum ut in  
eum credatis sed ut etiam pro illo patia-  
mini. idem certamen habentes quale & i-  
uidistis in me & nunc audistis de me.

Iqua ergo consolatio in o-  
chr̄o. siqua solatio cha-  
ritatis. siqua societas spūs  
siqua uiscera miserationis  
implete gaudium meum. ut idem sapi-  
tis. eandem charitatem habentes unanimes  
ad ipsum sentientes. Nihil pro contentione  
neque pro inanis gloriam. sed in humilitate  
superiores sibi inuicem arbitantes. non que  
sua sunt singuli considerantes. sed ea que al-  
iorum. hoc enim sentite in uobis. que &  
in chr̄o iesu. Quem in forma dei esset in  
rapinam arbitratus est esse se. equalem  
deo. sed semetipsum exinaniuit formam se-  
ui accipiens in similitudinem hominum factus  
& habitu inuentus ut homo humiliavit  
semetipsum factus obediens usque ad mor-  
tem. mortem autem crucis. propter quod

& deus exaltauit illum & donauit illi no-  
men que est super omne nomen. ut in  
nomine iesu omne genua flectat celesti-  
um terrestrium & inferorum. et omnis li-  
gua confiteatur. quia dominus iesus chr̄us  
gloria est dei patris. Itaque charitas mei. sicut  
semper obedistis. non in presentia mei tantum  
sed multo magis nunc in absentia mea. ex  
metu & tremore uostre salutem operamini.  
Deus est enim qui operatur in uobis & uelle  
& perficere pro bona uoluntate. Omnia  
autem facite sine murmurationibus & he-  
sitationibus. ut sitis sine querela. et simpli-  
ces filii dei sine reprehensione in medio  
tionis prauae & puerse. inter quos lucetis  
sicut luminaria in mundo uerbum uite co-  
tinentes ad gloriam meam in die chr̄i.  
quia non in uacuum cucurri. neque in uacuum  
laboraui. Sed & si emulor supra sacrificia  
& obsequium fidei uostre. gaudeo & congra-  
tulor omnibus uobis. Id ipsum autem & i-  
uos gaudeo & congratulamini mihi. Spe-  
ro autem in domino iesu. Timotheum me-  
rito mittere ad uos. ut & ego bono animo  
suis cognitis que circa uos sunt. Nemine  
enim deo tam unanimes que sincera affecti-  
one pro uobis sollicitus sit. Omnes enim que  
sua sunt querunt. non que iesu chr̄o.  
Experimentum autem eius cognoscite. quo-  
niam sicut pater filius mecum seruauit in eu-  
gelyo. Hunc igitur spero me mittere ad uos.  
mox ut uidero que circa me sunt. Con-  
fido autem in domino. quoniam & ipse ueniam ad  
uos cito. Necessarium autem existimaui  
Epaphroditum fratrem & cooperatorem & co-  
militonem meum. uerum autem apostolum et mi-  
nistrum necessitatis mee. mittere ad uos quod

nam quidem omnes uos desiderabat & me-  
stus erat. propterea quod audieratis illum in-  
firmatum. nam et infirmatus est usque ad  
mortem. sed deus misertus est eius. Non  
solum autem eius. uerum etiam & mei. ne  
tristitiam super tristitiam haberem. festin-  
tius ergo misi illum. ut uiso illo uere ga-  
udeatis. et ego sine tristitia sim. Excipi-  
te itaque illum cum omni gaudio in domi-  
no. & eiusmodi cum honore habetote. quoniam  
nam propter opus christi usque ad mor-  
tam accessit. tradens animam suam. ut im-  
pleret id quod ex uobis decessat. erga me  
obsequium.

E cetero fratres mei gaudete  
in domino. Eadem uobis  
scribere mihi quidem non pe-  
grum. uobis autem neces-  
sarium. Videte canes. uidete malos opera-  
tores. uidete concisionem. Nos enim sumus  
circumcisio quod spiritu seruiamus deo & glo-  
riamur in christo iesu & non in carne. fi-  
duciam habentes. quam et ego habebam  
confidentiam in carne. Si quis alius uidetur  
confidere in carne. ego magis circumcisus  
octaua die. ex genere israel. de tribu benia-  
min. hebreus ex hebreis. secundum legem  
phariseus. secundum emulationem persequens  
ecclesiam dei. secundum iustitiam que in  
lege est conuersatus sine querela. Sed  
que mihi fuerunt lucra. hec arbitratus  
sum pro christo detrimenta. Veruntamen  
existimo omnia detrimentum esse prop-  
ter eminentem scientiam iesu christi domini  
mei pro quem omnia detrimentum feci.  
& arbitror ut stercorea. ut christi lucrj

faciam. ut & inueniar in illo non habens  
meam iustitiam que ex lege est. sed illam  
que ex fide est christi iesu. que ex deo est  
iustitia in fide. ad cognoscendum illum  
& uirtutem resurrectionis eius. & scie-  
tatem passionis illius. configuratus mor-  
ti eius. siquo modo occurram ad resurrec-  
tionem que est ex mortuis. non quod iam  
acceperim. aut iam profectus sum. Sequor  
autem siquo modo comprehendam in quo  
et comprehensus sum a christo iesu. Fratres ergo  
me non arbitror comprehensisse. Num  
autem que quidem retro sunt obliuiscens. ad  
ea uero que sunt priora extendens inep-  
sum. ad destinatum persequor. ad brauium  
supra uocationis dei in christo iesu. Quicunq;  
ergo profecti sumus hec sentiamus. & siquid  
aliter sapitis & deus hoc uobis reuelabit.  
Veruntamen ad quod peruenimus. ut idem  
sapiamus. & in eadem permancamus regu-  
la. Imitatores mei estote fratres. & obserua-  
te eos qui ita ambulant. sicut habetis for-  
mam nostram. Multi enim ambulant quos  
sepe dicebam uobis. nunc autem & fleus  
dico inimicos crucis christi. quorum finis in-  
teritus. quorum deus uenter est et gloria in  
confusione ipsorum. qui terram sapiunt. terra  
autem conuersatio in celis est. Unde et  
saluatorem expectamus dominum nostrum  
iesum christum. qui reformabit corpus humili-  
tatis nostre. configurum corpori claritatis sue.  
secundum operationem qua etiam possit sub-  
icere sibi omnia.

Taq; fratres mei charissimi & de-  
siderantissimi gaudium  
meum & corona mea. sic

stare in domino char<sup>m</sup>. Euchaemiam ro-  
go et synticeen deprecor: ut ipsum sapere  
in domino. Et tunc rogo & te germane: ut  
compar: adiua illas que mecum labora-  
uerunt in euangelio cum elemente: & ceteris  
adiutoribus meis: quos nomina  
sunt in libro uite. Gaudete in domino  
semp: ut dicitur: dico gaudete. Modestia u<sup>ra</sup>  
nota sit ob<sup>is</sup> hoibus. Dominus enim prope e:  
Nihil solliciti sitis hominibus: sed in omni or-  
tione & obsecratione cum gratiarum acti-  
one petitiones u<sup>re</sup> innotescant apud deum.  
Et pax dei que exsuperat omnem sensum  
custodiat corda u<sup>ra</sup>: et intelligentias: in  
christo iesu. De cetero fratres que-  
cunq; sunt uera: quecunq; pudica: que-  
cunq; iusta: quecunq; sancta: quecunq;  
amabilia: quecunq; bone fame: si qua ui-  
tus: si qua laus discipline: hec cogitate:  
que & didicistis et accepistis: et audi-  
stis et uidistis in me. Hec agite: & di-  
pax erit uobiscum. Gauius sum autem  
in domino uehementer: quoniam tandem alii  
refloruistis pro me sentire: sicut & sentie-  
batis. Occupati autem eratis. Non quasi  
pro penuriam dico. Ego enim didici in  
quibus sum sufficiens esse: Scio & humilia-  
ri: scio et abundare. Vbiq; et in omnibus  
institutus sum: & satiari et esurire: & i  
abundare & penuriam pati. Omnia pos-  
sum in eo que me confortat. Veruntamen  
bene fecistis: communicantes tribulationem  
meam. Scitis autem & uos philippenses quod in  
principio euangelij quoniam profectus sum a ma-  
cedonia: nulli mihi ecclesia communica-  
uit in ratione dati & accepti: nisi uos soli-  
que et thessalonicam semel & bis iustum

mibi misistis. Non quia quod datur: sed re-  
pro fructum abundantem in ratione u<sup>ra</sup>.  
Habeo autem omnia: et abundo. Reple-  
tus sum acceptis ab epaphrodito: que mi-  
sistis in odorem suauitatis hostiam accep-  
tam placentem deo. Deus autem meus im-  
pleat omne desiderium u<sup>rum</sup> secundum  
diuitias suas in gloria in christo iesu. Deo au-  
tem et patri nostro gloria in secula seculo-  
rum. Amen. Salutate omnem sanctum  
in christo iesu. Salutant uos que mecum sunt  
fratres. Salutant uos omnes sancti: maxi-  
me autem que de cesaris domo sunt. Gratia  
domini nostri iesu christi cum spiritu uestro.

ΛΟΞΥ.

COLOSSENSE

et hi sicut & laod-  
censes sunt asiani  
& ipsi preuenti e-  
rant a pseudo apo-  
stolis. Nec ad hos  
accessit ipse ap<sup>st</sup>: sed & hos per epistolam  
corrigit. Audierant enim uerbum ab ar-  
chippo: que & ministerium in eos accepit.  
Ergo ap<sup>st</sup> iam ligatus scribit eis ab eph-  
eso per tychicum diaconem et onesimum  
acoluthum.

PAULVS apostolus Je-  
su chri per uoluntates  
dei & Timotheus fratre  
his q sunt colossis sanc-  
tis & fidelibus fratribus in  
chri Jesu. Gratia uobis & pax a deo pa-  
tre nro. Gratias agimus deo & pni domi-  
ni Jesu chri semper pro uobis orantes. &  
audientes fidem uram in chri Jesu & di-  
lectionem quam habetis in sanctos omnes  
pp spem que reposita est uobis in celis. qd  
audistis in uerbo ueritatis euangely quod  
puenit ad uos sicut & in uniuerso mundo  
est & fructificat & crescit sicut in uobi  
ex ea die qua audistis & cognouistis &  
gram dei in ueritate sicut didicistis ab  
epaphra chri & conseruo nostro q e  
fidelis pro uobis minister chri Jesu. Q  
etiam manifestauit nobis dilectionem  
uram in spiritu. Ideo & nos ex qua di-  
auduimus non cessamus pro uobis oran-  
tes & postulantes ut impleamini agnitioe  
uoluntatis eius in omni sapientia et intelle-  
tu spiritali ut ambuletis digne deo per  
omnia placentes in omni ope bono fructifi-  
cantes & crescentes in scientia dei in om-  
ni uirtute confortati secundum potentiam  
claritatis eius in omni patientia et longa-  
nimitate cum gaudio gras agentes deo &  
et patri q dignos nos fecit in partem for-  
tis sanctorum in lumine. Q eripuit nos de  
potestate tenebrarum & transtulit in re-  
gnum filij dilectionis sue in quo habemus  
redemptionem & remissionem peccatorum.  
Qui est imago dei inuisibilis primogenitus  
omnis creature quoniam in ipso condita  
sunt uniuersa in celis & in terra uisibi-

lia & inuisibilia. Sive throni sive do-  
minationes sive principatus sive potesta-  
tes omnia p ipsum & in ipso creata sunt.  
Et ipse est ante omnes & omnia in ipso  
constant. Et ipse est caput corporis ec-  
clesie q est principum primogenitus ex  
mortuis ut sit in omnibus ipse primatum  
tenens. Quia in ipso complacuit omnem  
plenitudinem in habitare & p eum reco-  
ciliari omnia in ipsum pacificans p sangui-  
nem crucis eius sive que in terris sive que  
in celis sunt. Et uos cum essetis aliqui  
alienati & inimici sensu in opibus malis o-  
nunc autem reconciliauit in corpore car-  
nis eius per mortem exhibere uos sanctos  
& immaculatos et irreprehensibiles coram  
ipso si tamen permanetis in fide fundati &  
stabiles & immobiles a spe euangely qd  
audistis qd predicatum est in uniuersa  
sa creatura que sub celo est cuius factus  
sum ego Paulus minister q nunc gaudeo  
in passionibus pro uobis et adimpleo ea q  
desunt passionum chri in carne mea pro  
corpore eius qd e ecclesia. Cuius factus  
sum ego minister secundum dispensatio-  
nem dei que data est mihi in uobis ut  
impleam uerbum dei. mysterium qd ab-  
sconditum fuit a seculis & generationi-  
bus nunc autem manifestum est sanctis  
eius quibus uoluit deus notas facere diuitias  
glorie sacramenti huius in gentibus qd e  
chri in uobis spes glorie quem nos an-  
nuntiamus conipientes omnem hominem  
& docentes in omni sapientia ut exhibea-  
mus omnem hominem perfectum in chri  
Jesu in quo & laboro certando secundum  
operationem eius quam operatur in me in ui-

Olo enim uos scire quales  
solicitudinem habeam pro  
uobis & p[ro] his q[ui] sunt Laodi-  
cie. & quicunq[ue] non uiderunt  
faciem meam in carne: ut consoletur cor-  
da ipsorum instructi in charitate: & in o-  
mn[is] diuitias plenitudinis intellectus in-  
agnitione[m] mysterij dei patris & christi Jesu  
quo sunt omnes thesauri sapientie & sci-  
entie absconditi. hoc autem dico. ut ne-  
mo uos decipiat in sublimitate sermonu[m].

Nam et si corpore absens sum sed spiritu  
uobiscum sum gaudens & uidens ordi-  
nem ur[bi]s & firmitermentum eius que in  
christo est fidei ure. Sicut ergo accepisti  
Jesum christum dominum nostrum in ipso ambulare  
radicati et super edificati in ipso & confir-  
mati in fide: sicut & didicistis abundan-  
ter in illo in gratiarum actione. Videte ne  
quis uos decipiat per philosophiam et inanes  
fallaciam secundum traditionem hominum  
secundum elementa mundi: & non secun-  
dum christum. Quia in ipso inhabitat omnis  
plenitudo diuinitatis corporaliter: & estis  
in illo repleti qui est caput omnis principa-  
tus & potestatis. In quo et circumsisi estis cir-  
cumsisione non manufacta in exolutione  
corporis carnis: sed in circumsisione christi con-  
sepulti ei in baptismo: in quo & resurrex-  
istis per fidem operationis dei qui suscitauit  
illum a mortuis. Et uos cum mortui es-  
setis in delictis: & preputio carnis ure con-  
uiuificauit cum illo donans uobis omnia  
delicta: delens quod aduersus nos erat chi-  
rographum decreti quod erat contrarium  
nobis. Et ipsum tulit de medio affigens

illud cruci: et expolans principatus & po-  
testates: traduxit confidenter palam tri-  
umphans illos in seipso. Nemo ergo uos  
dicat in cibo aut in potu aut in parte diei  
festi aut neomenie aut sabbatorum que sunt  
umbra futurorum: corpus autem christi. Nemo  
uos seducat uolens in humilitate:  
et religione angelorum que non uidit: am-  
bulans frustra inflatus sensu carnis sue &  
non tenens caput ex quo totum corpus p[er]  
nexus et coniunctioes sumministratum &  
constructum crescit in augmentum dei.  
Si ergo mortui estis cum christo ab elem[en]-  
tis huius mundi: quod adhuc tanquam uiuere-  
tes mundo decernitis: Ne tetigeritis: neq[ue]  
gustaueritis neq[ue] contrectaueritis: que  
sunt omnia in interitu ipso usi secun-  
dum precepta et doctrinas hominum que  
sunt rationem quidem habentia sapientie  
in sup[er]stitione & humilitate & non ad  
parendum corpori: non in honore aliquo  
ad satietatem carnis

Citur si consurrexistis cum  
christo que sursum sunt  
querite ubi christus est in  
dextera dei sedens. que  
sursum sunt sapite: non que super terram.  
Mortui enim estis & uita uestra abscondi-  
ta est cum christo in deo cum autem  
christus apparuerit uita uestra: tunc & uos  
apparebitis cum ipso in gloria. Mortificat  
ergo membra uestra que sunt super ter-  
ram: fornicationem immunditiam libi-  
dinem concupiscentiam malam et auar-  
itiam que est simulacrorum seruitus pro  
que uenit ira dei super filios incredulitatis



tis in quibus et uos ambulastis aliquando cum tu  
ueretis in illis. Nunc autem deponite et  
uos omnia iram indignationem malitiam  
blasphemiam turpem sermonem de ore uostro.  
Nolite mentari inuicem expolantes uos ue  
terem hominem cum actibus suis. et indu  
entes nouum cum quo renouatur in agniti  
onem dei secundum imaginem eius qui cre  
auit eum. ubi non est masculus et femina  
gentilis et iudeus circumcisio et preputium  
barbarus et scythia seruus et liber. sed om  
nia in omnibus christo. Induite uos ergo sicut  
electi dei sancti et dilecti uiscera miseri  
cordie benignitatem humilitatem mode  
stiam patientiam supportantes inuicem et  
donantes uobismetipsis sicut aduersus aliquis  
habet querelam sicut et dominus donauit  
uobis ita et uos. Super omnia autem hec ch  
ritatem habete. quod est unculum perfecti  
onis et pax christi exultet in cordibus uestris  
in qua uocati estis in uno corpore. et gra  
ti estote. Verbum christi habitet in uobis  
abundanter in omni sapientia docentes et  
commonentes uosmetipsos in psalmis hym  
nis et canticis spiritualibus in gratia cantan  
tes in cordibus uestris deo. Omne quodcumque  
facitis in uerbo aut in opere omnia in nomine  
domini nostri iesu christi gratias agentes deo et  
pater pro ipso. Mulieres subdite estote uiris  
sicut oportet in domino. Viri diligite uxo  
res uestras et nolite amari esse ad illas. Filii  
obedite pro omnia parentibus. hoc enim placi  
tum est in domino. Patres nolite ad indigna  
tionem prouocare filios uestros. ut non pusil  
lo animo fiant. Serui obedite pro omnia  
dominis carnalibus non ad oculum seruientes  
quali hominibus placentes sed in simplicitate

te cordis timentes dominum. Quodcumque faciatis  
ex animo operamini sicut domino et non  
hominibus scientes quod a domino accipietis et  
tribulationem hereditatis. Domino christo  
seruite. Qui enim iniuriam facit recipiet  
id quod inique gessit. et non est perso  
narum acceptio apud deum.

Omni quod iustum est et  
equum seruis prestare sci  
entes quoniam et uos dominum ha  
betis in celo. Orationi ue  
strate uigilantes in ea in gratiarum actione  
orantes simul et pro nobis. ut deus aperiat  
nobis ostium sermonis ad loquendum o  
mne mysterium christi. propter quod etiam uine  
tus sum. ut manifestem illud ita ut ope  
ret me loqui. In sapientia ambulate ad eos  
quod foris sunt. tempus redimentes. Sermo  
uester semper in gratia sale sit conditus.  
ut sciatis quomodo oporteat uos unicuique  
respondere. Que circa me sunt omnia  
uobis nota faciet Tybicus charissimus  
frater et fidelis minister et conseruus in  
domino quem misi ad uos ad hoc ipsum  
ut cognoscat que circa uos sunt. et con  
soletur cordi uestro cum Onesimo charis  
simo et fideli fratre qui ex uobis est. qui omnia que  
hic aguntur nota facient uobis. Salutat  
uos Aristarchus concaptiuus meus. et  
Marcus consobrinus Barnabe de quo ac  
cepistis mandata. Si uenerit ad uos susci  
pите illum. Et Iesus qui dicitur iustus. qui  
sunt ex circumcissione. Hi soli sunt adiuto  
res mei in regno dei. qui mihi fuerunt solati  
o. Salutat uos epaphras qui ex uobis est  
seruus christi iesu semper sollicitus pro uo

bis in orationibus. ut stetas pfecti & ple-  
ni in omni uoluntate dei. Testimonium  
enim illi phibeo qd hnt multum laborem  
pro uobis et pro his q sunt Laodicee & q  
hierapoli. Salutem uos Lucas medicus  
charissimus. et demas. Salutate fratres q se  
Laodicee & nympham. et que in domo e-  
ius est ecclesiam. Et cum lecta fuerit ap-  
uof epistola hec. facite ut & in Laodicee-  
suum ecclesia legat. & ea que Laodicee-  
suum e uobis legat. & dicite Archippo-  
V ide mysterium qd accepisti in domino. &  
ut illud impleas. Salutatio mea manu sa-  
uli. Memores estote uinculorum meorum.  
G ratia domini nostri Iesu christi uobiscum.

AMEN.

*epistolam epistolam ad thessalonicenses  
ab archippo. hanc accepisti in domino  
epistolam ad thessalonicenses*

THESSALONICE  
ses sunt macedone  
q accepto uerbo ue-  
ritatis pstituerunt  
in fide. etiam in  
persecutione ciui-  
um suorum. Preterea nec receperunt fal-  
sos apostolos. nec ea que a falsis ap-  
tibus dicebantur. Hos collaudat ap-  
tibus scribens eis  
ab athenis per Tychicum diaconem & o-  
nesimum acolymbum.

AVLVVS & Siluanus  
et Timotheus. ecclesie o-  
Thessalonicensium in  
deo patre nostro & do-  
mino Iesu Christo. gratia  
uobis et pax. Gratiarum agimus deo semper  
pro omnibus uobis. memoriam uestram facien-  
tes in orationibus uestris sine intermissione  
memores operis fidei uestrae & laboris et cha-  
ritatis & sustentationis spei domini nostri Iesu  
Christi ante deum & patrem nostrum. Scien-  
tes fratres dilecti a deo electionem uestram. quia  
euangelium nostrum non fuit ad uos in ser-  
mone tantum & sed et in uirtute et in spiritu  
& in plenitudine multa. et sicut scitis quod  
les fuerimus in uobis pro uos. Et uos imi-  
tatores nostri facti estis & domini. excipien-  
tes uerbum in tribulatione multa. cum  
gaudio spiritus sancti. ita ut facti sitis forma  
omnibus credentibus in macedonia et in  
achia. A uobis enim diffamatus est ser-  
mo domini. non solum in macedonia & i-  
achia. sed sed in omni loco fides uestra  
que est ad deum. perfecta est. ita ut non  
sit nobis necesse quod loqui. Ipsi enim  
de uobis annuntiant. qualem introitum  
habuerimus ad uos. & quomodo conue-  
si estis ad deum & simulacris seruire deo  
uero. & uero. et expectare filium eius  
de caelis quem suscitauit ex mortuis Iesu  
qui eripuit nos ab ira uentura.

Am & ipsi scitis fratres in-  
troitum nostrum ad uos. quia  
non inanis fuit. sed ante  
passi & contumeliis affec-  
ti. sicut scitis in philippis. fiduciam ha-

buimus in deo nro loq ad uos euangeliv  
dei in multa sollicitudine. Exhortatio n.  
nra non de errore neq de immunditia. i  
neq in dolo sed sicut pbati sumus a deo. i  
ut crederetis nobis euangelium. ita loqimr  
non quasi hominibz placentes sed deo qui  
probat corda nra. Neq enim aliqn sum  
in sermone adulationis sicut scitis. neque  
in occasione auaricie. ds testis est. nec q  
rentes ab hominibz gloriam. neq a uobis  
neq ab alijs cum possimus uos oneri esse.  
ut chr<sup>o</sup> apli. Sed facti sumus paruuli i  
medio ur̄m tanq si nutrix foueat filios.  
suos ut desiderantes uos cupide uoleba  
mus tradere uobis non solum euangeliv  
dei sed etiam animas nras qm charissi  
nobis facti estis. Memores enim estis. i  
fres laboris nostri et fatigationis nocte ac  
die opantes ne que ur̄m grauaremus pre  
dicauimus in uobis euangelium dei. Vos  
testes estis & ds q sancte & iuste et sine  
querela uobis q credidistis assumus. sic  
sicut qliter unum quemq ur̄m sicut pater  
filios suos deprecantes uos & consolantes  
testificati sumus ut ambuletis digne deo  
q uocauit uos in suum reg<sup>m</sup> et gloriam. i  
deco & nos gr̄as agimus deo sine intermi  
sione. qm cum accepissetis a nobis uerbu  
auditus dei. accepistis illud non ut uer  
bum hominum sed sicut est uerbum dei.  
q operatur in uobis q credidistis. Vos eni  
imitatores facti estis fres. ecclesiarz dei  
que sunt in iudea in chr<sup>o</sup> iesu qa caele  
passi estis & uos a contribulibz ur̄is sicut  
et ipsi a iudeis q & dnm occiderunt iesu  
& pphetas & nos psecuti sunt & deo no  
placent & omnibz hominibz aduersantur.

prohibentes nos gentibz loq ut salue fi  
ant. ut implant peccata sua semper. Per  
uenit enim ira dei super illos usq in fine  
Nos autem fres desolati a uobis ad tem  
pus hore. aspectu non corde abundan  
tius festinauimus faciem ur̄am uidere  
cum multo desiderio. qm uoluimus ue  
nire ad uos ego qdem Paulus & semel  
& iter. sed impediuit nos sathanas. Que  
est enim nra spes aut gaudium aut co  
rona glorie. N omne uos ante dnm nri  
iesum chr<sup>m</sup>. estis in aduentu eius. Nos n.  
estis gloria nra et gaudium.

Propter qd non sustine  
tes amplius placuit nobis  
remanere athenis solis &  
misimus Timotheum frem  
nrm & ministrum dei in euangelio chr<sup>o</sup>  
ad confirmandos et exhortandos pro fi  
de ur̄a ut nemo moueatur in tribula  
tionibz istis. Ipsi enim scitis q in hoc po  
siti sumus. Nam et cum apud uos esse  
mus pcedebamus uobis passuros nos. i  
tribulatiōes. sicut & fem est & satis. o  
propterea et ego amplius non sustineas  
nis ad cognoscendum fidem ur̄am. ne fo  
te tentauerit uos is q tentat & inanis fi  
at labor noster. Nunc autem uenien  
te Timotheo ad nos a uobis et adnuntia  
te nobis fidem et charitatem ur̄am. & qa  
memoriam nri habetis bonam semp desi  
derantes nos uidere. sicut & nos quoque  
uos. ideo consolati sumus fres in uobis in  
omni necessitate & tribulatione nra pe  
fidem ur̄am. qm nunc uiuimus si uos sta  
tis in domino. Quam enim gratiare ad

tiōem possumus deo tribuere pro uobis  
in omni gaudio quo gaudemus pro uobis  
ante deum in nocte ac die abundan-  
tius orantes ut uideamus faciem uerā et  
compleamus ea que desunt fidei uerē. Ipse  
autem deus et pater noster et dominus Iesus Christus  
dirigat uiam nostram ad uos. Vos autem in  
deus multiplicet et abundare faciat cha-  
ritatem uerā in inuicem et in omnes quibus  
admodum et nos in uobis ad firmanda  
uerā sine querela in sanctitate ante deum  
et patrem nostrum in aduentu domini nostri  
Iesu Christi cum omnibus sanctis eius. Amen.

E cetero ergo fratres iuga-  
mus uos et obsecramus in  
domino Iesu ut quemad-  
modum accepistis a nobis  
quomodo oporteat uos ambulare et pla-  
cere deo sic et ambuletis ut abundetis  
magis. Scitis enim que precepta dedimus  
uobis per dominum Iesum. Hec est enim uolun-  
tas dei sanctificatio uera ut abstineatis  
uos a fornicatione ut sciat unusquisque  
ueram uiam suam possidere in sanctificatione  
et honore non in passione desiderii sicut  
et gentes que ignorant deum. Et neque  
supergrediat neque circūueniat in negotio  
fratrem suum quoniam iudex est deus de his om-  
nibus sicut prediximus uobis et testifica-  
ti sumus. Non enim uocauit nos deus in im-  
munditiam sed in sanctificationem. Itaque que  
hec spiritus non hominum spiritus sed deum  
que etiam dedit spiritum suum sanctum in uobis.  
De charitate autem fraternitatis non necesse  
habuimus scribere uobis. Ipsi enim uos  
a deo didicistis ut diligatis inuicem.

Et tunc illud facitis in omnes fratres in uni-  
uersa Macedonia. Rogamus autem uos  
fratres ut abundetis magis et operam detis ut  
quiescatis et ut uerum negotium agatis et  
operemini manibus uestris sicut precepimus  
uobis et ut honeste ambuletis ad eos que so-  
rui sunt et nullius aliquid desideretis. No-  
lumus autem uos ignorare fratres de dor-  
mientibus ut non contristemini sicut et  
ceteri que spem non habent. Si enim cre-  
dimus que Iesus mortuus est et resurrexit  
ita et deus eos que dormierunt per Iesum adde-  
re et cum eo. Hec enim uobis dicimus in  
uerbo domini quia nos que uiuimus que residui se-  
mus in aduentu domini non perueniemus eos  
que dormierunt. Quoniam ipse deus in iussu et in  
uoce archangeli et in tuba dei descendet  
de celo et mortui que in Christo sunt resur-  
gent primi. Deinde nos que uiuimus qui-  
relinquamur simul rapiemur cum illis in  
nubibus obuiam Christo in aera et sic sem-  
per cum domino erimus. Itaque consolamini  
inuicem in uerbis istis.

E temporibus autem et  
momentis fratres non indige-  
tis ut scribamus uobis. Spiritus  
enim diligenter scitis quia  
dies domini sicut fur in nocte ita ueniet.  
Cum enim dixerint pax et securitas tunc  
repentinus eis superveniet interitus sicut  
dolor in utero habentis et non effugiet.  
Vos autem fratres non estis in tenebris ut  
uos dies ille tanquam fur comprehendat. Om-  
nes enim uos filii lucis estis et filii dei.  
Non sumus noctis neque tenebrarum. Igitur  
non dormiamus sicut et ceteri sed uigi-

letus & sobrius. Qui dormiunt nocte dormiunt. & qui ebrii sunt nocte ebrii sunt. Nos autem qui diei sumus sobrii sumus. Induti loriceam fidei & charitatis et galeam spem salutis. quoniam non posuit nobis in iram. sed in acquisitionem salutis per dominum nostrum Iesum Christum qui mortuus est pro nobis. ut sive ingilemus. sive dormiamus. simul cum illo uiuamus. Propter quod consolamini inuicem. & edificate alterutrum. sicut & facitis. Rogamus autem uos fratres ut noueritis eos qui laborant inter uos & praesunt uobis in domino & monent uos. ut habeatis illos abundantius in caritate propter opus illorum. et pacem habete cum eis. Rogamus autem uos fratres. corripite inquietos. consolamini pusillanimes. suscipite infirmos. patientes estote ad omnes. uidete ne quis malum pro malo alicui reddat. sed semper quod bonum est sectamini in inuicem & in omnes. Semper gaudeat sine intermissione. orate in omnibus gratias agite. haec est enim uoluntas dei in Christo Iesu. in omnibus uobis. Spiritum nolite extinguere. prophetas nolite spernere. Omnia autem probate. quod bonum est tenete. ab omni specie mala abstinete. I uos. Iste autem deus pacis sanctificet uos per omnia. ut integer spiritus uester et anima et corpus sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur. Fidelis est qui uocauit uos qui etiam faciet. Fratres orate pro nobis. Salutate fratres omnes in osculo sancto. Adiuuro uos per dominum ut legatis epistola haec omnibus sanctis fratribus. Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum. Amen.

*[Faint, illegible text]*  
D THESSALO  
nicenses secundam  
scribit epistolam apostolus. & notum facit  
eis de temporibus  
nouissimis & de ad  
uersarij deiectione. Scribit hanc epistolam  
ab Athenis per Titum diaconem. & Onesimum acolythum.

*[Faint, illegible text]*  
XVLVS & Siluanus  
et Thimotheus ecclesie  
thessalonicensium in de  
patre nostro & domino  
Iesu Christo. gratia uobis et  
pax a deo patre nostro & domino Iesu Christo.  
Gratias agere debemus semper deo pro  
uobis fratres ita ut dignum est. quoniam super  
excelsat fides uestra et abundat caritas. in  
uniuscuiusque uerum in inuicem ita ut &  
nos ipsi in uobis gloriamur in ecclesijs dei  
pro patientia uestra et fide & in omnibus  
persecutionibus uestris et tribulationibus quas  
sustinetis in exemplum iusti iudicij dei. &  
digne habeamus in regno dei pro quo et  
patimini. si tamen iustum est apud deum re  
tribuere retributionem his qui uos tribulant  
& uobis qui tribulamini requiem nobiscum. in  
reuelatione domini Iesu de celo cum an  
gelis uirtutis eius in flamma ignis clausis  
iudicium his qui non nouerunt deum. &

q non credunt euangeliu dñi nostri jesh  
chr̃. Q. penas dabunt in interitv. eter  
nal a facie domini & a gloria uirtutis sṽ.  
cum uenerit glorificari in sanctis suis &  
admirabilis fieri in omnibz q crediderut.  
q̃a creditum est testimonium nr̃m super  
uos in die illo. In quo etiam oramus semp  
pro uobis. ut dignetur uos uocatione sua  
d̃s noster. & impleat omnem uoluntates  
bonitatis sue & opus fidei in uirtute. ut  
clarificetur nomen dñi nostri jesh chr̃  
in uobis & uos in illo. secundum gratia  
dei nr̃i et domini jesh chr̃.

Oramus autem uos fr̃es p  
aduentum dñi nr̃i jesh chr̃  
& nr̃e congregationis in  
ipsum. ut non cito moue  
mini a uro sensu neq. terreamini neq. per  
sp̃m. neq. per sermonem neq. per eplam ex  
quam p nos missam. quasi stet dies dom̃.  
neq. uos seducat ullo modo. Quoniam  
nisi uenerit discessio primum. & reuela  
tus fuerit homo peccati filius pditionis.  
q. aduersatur et extollitur supra omne  
qd dicit d̃s. aut qd colitur. ita ut in tem  
plo dei sedeat. ostendens se tanq. sit deus.  
Non retinetis q. cum adhuc essem apud uos.  
hec dicebam uobis. Et nunc qd detine  
at scitis ut reuelat in suo tempore. Nā  
mysterium iam operat iniquitatis tantum.  
ut q. tenet. nunc teneat. donec de medio  
fiat. Et nunc reuelabit ille iniquus qm̃  
dominus jesus interficiet sp̃itus oris sui. et  
destruet illustratione aduentus sui. cuius  
est aduentus sim opationem sathane  
in omni uirtute & signis & prodigijs me

diaboli & in omni seductione iniquitatis  
his q. percutit. eo q. charitatem ueritatis  
non receperunt ut salui fierent. Ideo mit  
te illis d̃s opationem erroris. ut credant  
mendacio. ut iudicent omnes q. non cre  
diderunt ueritati. sed consenserunt iniqui  
tati. Nos autem debemus gratias agere  
deo semper pro uobis fr̃es dilecti a deo. q.  
elegit nos d̃s primitus in salutem in sanc  
tificatione sp̃s in fide ueritatis. in qua &  
uocauit uos p euangelium nr̃m in acquisi  
tione glorie domini nostri jesh chr̃. Itaq.  
fr̃es stete & tenete traditiones quas di  
dicistis siue p sermonem siue per eplam  
nr̃am. Ipse autem dñs nr̃s jesus chr̃. et  
d̃s & pater noster q. dilexit nos. & dedit  
consolationem. eternam et spem bonam. i  
gr̃a. exhortetur corda ur̃a & confirmet  
in om̃i opere & sermone bono.

Et cetero fr̃es orate pro no  
bis ut sermo dei currat &  
clarificetur. sicut & apud  
uos. & ut liberemur ab i  
portunis. et malis hominibz. Non enim o  
mnium est fides. Fidelis autem d̃s est q.  
confirmabit uos et custodiet a malo. Co  
fidimus autem de uobis fr̃es in dño. quo  
nam q̃cunq. precipimus & facitis & fa  
ciatis. Dominus autem dirigat corda ur̃a  
in charitate dei & patientia chr̃. De  
nuntiamus autem uobis fr̃es in nomine  
dñi nostri jesh chr̃. ut subtrahatis uos  
ab omni fratre ambulante inordinatē &  
non secundum traditionem qm̃ accepe  
rūt a nobis. Ipsi. n. scitis quemadmodus  
oporteat imitari nos. qm̃ non iniqui fr̃es

inter uos neq. grati panem manducaum  
 ab aliquo. sed in labore & fatigatione noc  
 te & die opantes ne qm urm grauaremus  
 Non quasi non habuerimus potestatem. sed  
 ut nosmetipfos formam daremus uobis ad  
 imitandum nos. Nam et cum essemus ap  
 uos. huc denuntiabamus uobis qm siqs no  
 uult opari. nec manducet. & uduimus  
 enim inter uos quosdam ambulantes iqete  
 nihil opantes. sed curiose agentes. His aut  
 q euinodi sunt denuntiamus et obsecra  
 mus in dno Iesu chr. ut. cum silentio opa  
 tes suum panem manducant. Vos autem  
 frs nolite deficere. beneficientes. Qu siq  
 non obedierit uerbo nro. p epistolam huc  
 notate. & non commisceamini cum illo  
 confundat. Et nolite quasi inimicum  
 existimare. sed corripite ut frim. Ipse aut  
 ds pacis det uobis pacem sempiternam in  
 omni loco. Dominus sit cum omnibus uobi  
 Salutatio mea manu Pauli. quod est sig<sup>m</sup>  
 in omni epistola. Ita scribo. Grata domi  
 ni Iesu chr. cum omnibus uobis. Am

IMOTHCV  
 instruit & docet  
 de ordinatione o  
 episcopatus & di  
 acony. & omnis i  
 ecclesiastice disci  
 plinx scribens ei a Laodicea per Tyche  
 cum diacone.

ASLS apostolus se  
 su chr. secundum im  
 perium dei saluatoris  
 nri & chr. Iesu speci  
 nostre. Timotheo di  
 lecto filio in fide. grata et misericordia.  
 & pax a deo pre & chr. Iesu domino  
 nostro. Sicut rogavi te ut remaneres o  
 ephesi cum irem in macedoniam. ut de  
 nuntiares qbusdam ne aliter docerent. i  
 neq. intenderent fabulis et genealogys i  
 terminatis. que questiones pstant. ma  
 gis q. edificationem dei. que est in fide.  
 finis autem precepti est charitas. de co  
 de puro & conscientia bona et fide non  
 ficta. A quibus qdam aberrantes conuer  
 si sunt in uaniloquum. uolentes esse legis  
 doctores non intelligentes. neq. que locu  
 tur. neq. de qbo affirmant. Scimus aut  
 qa bona est lex siqs ea legitime utatur.  
 scientes huc qa lex iusto non est posita.  
 sed iustis & non subditis. sed iustus & n  
 subditis. impijs & peccatoribus. sceleratis &  
 contaminatis. patricidis & matricidis. ho  
 micidis. fornicarijs. masculor. concubito  
 ribus. plagiaris. mendacibus & puris. &  
 siqd aliud sane doctrine aduersatur.  
 que est secundum euangelium glorie be  
 ati dei qd creditum e mibi. Gratas ago  
 ei q me confortauit in chr. Iesu domio  
 nostro. quia fidem me existimauit po  
 nens in ministerio. Q. primus blasphemus  
 fui & psecutor & contumeliosus. sed mi  
 sericordiam dei consecutus sum. qa igno  
 rans feci in incredulitate. Supabunda.

uit autem gratia domini nostri cum fide  
& dilectione que est in christo iesu. Fide-  
lis sermo & omni acceptione dignus. quia  
christus iesus uenit in hunc mundum peccato-  
res saluos facere quorum primum ego  
sum. Sed ideo misericordiam consecutus  
sum. ut in me primum ostenderet christus  
iesus omnem patientiam ad informati-  
onem coram que credituri sunt illi in uitam eter-  
nam. R. Ego autem seculorum immortalis in-  
mortali inuisibili soli deo honor & gloria  
in secula seculorum. Amen. Hec preceptum  
commendo fili Timothee sim precedere  
tibi in se prophetas. ut milites in illis bona  
militiam habens fidem & bonam conscientiam  
quam quidem repellentes circa fidem nauis  
gauerunt. ex quibus est hymeneus et alexan-  
der quos tradidi sathane. ut discant non  
blasphemare.

Disce igitur primum omnia  
fieri obsecrationes orationes  
postulationes gratiarum acti-  
ones pro omnibus hominibus  
pro regibus et omnibus que in sublimitate  
constituti sunt. ut quietam et tranquillam  
uitam agamus in omni pietate & castita-  
te. Hec enim bonum est & acceptum coram  
saluatore nostro deo que omnes homines  
uult saluos fieri & ad agnitionem uerita-  
tis uenire. unus enim deus. unus & media-  
tor dei & hominum homo christus iesus que  
dedit redemptionem semetipsum pro omni-  
bus. Cuius testimonium temporibus suis  
confirmatum est. in quo positus sum ego  
predicator & apostolus. Veritatem dico non  
mentior. doctor gentium in fide & ue-

ritate. Volo ergo uiros orare in omni loco  
leuantem puras manus sine ira & discepta-  
tione. Similiter & mulieres in habitu or-  
nata cum uerecundia & sobrietate oran-  
tes se. non in tortis crinibus aut auro aut  
margaritis. ut ueste preciosa. sed que decet  
mulieres promittentes pietatem per opera  
bona. Mulier in silentio discat cum omni  
subiectione. Docere autem mulieri non  
permittitur neque dominari in uirum. sed esse in  
silentio. Nam enim primum formatus est  
deinde terra. & adam non est seductus.  
mulier autem seducta in perditione  
fuit. Saluabitur autem per filiorum generatio-  
nem. si permanserit in fide & dilectione &  
sanctificatione cum sobrietate.

Idem sermo. Siquis episcopum  
desiderat. bonum opus  
desiderat. Oportet enim  
episcopum irreprehensibilem  
esse. unius uxoris uirum. sobrium ornatum  
prudentem. pudicum. hospitalem. doctorem  
non uidentem. non peusorem. sed mode-  
stum. non litigiosum. non cupidum. sine  
domu bene prepositum. filios habentem  
subditos cum omni castitate. Siquis autem  
domu suam preesse nescit. quomodo ecclesie  
dei diligentiam habebit. Non neophytus  
ne in superbiam elatus in iudicium incidat  
diaboli. Oportet autem et illum testimo-  
nium habere bonum ab his que foris sunt. ut  
non in obscurum incidat & in laqueum  
diaboli. Diacones similiter pudicos non  
bilingues. non multo uino delectos. non  
turpe. lucris sectantes. habentes mysterium  
fidei in conscientia pura. Et hi autem pre-



tur primum. & sic ministrent nullum  
climen habentes. Mulieres similiter pudj  
cas non detrahentes sobrias fideles in omi  
bus. Diacones sint unius uxoris uiri. q.  
filij suis bene presint & suis domibz. Q.  
enim bene ministrauerint gradum bonum  
sibi acqrent. et multam fiduciam in fide  
que est in ch<sup>o</sup> Jesu. Hec tibi scribo fili.  
Timothee. sperans me uenire ad te. ato. o  
S i autem tardauero. ut scias quomodo oport  
teat te in domo dei conuersari. que est i  
ecclesia dei uiu. columna & firmamentus  
ueritatis. Et manifeste magnum e pietat  
is sacramentum qd manifestum est in ca  
ne iustificatum est in sp<sup>u</sup>. apparuit ange  
lis. predicatum est gentibz. creditum est  
in mundo. assumptum in gloria.

Pietus autem manifeste  
dicit. qd in nouissimis res  
poribz discedent qdam  
a fide. attendentes spiri  
tus erroris & doctrinis demomorum in  
hyperis loquentium mendacium. et cau  
teritatem habentium suam conscientiam p  
bentium nubere abstinere. a cibis quos deu  
creauit ad papiendum cum gratia. aho  
ne fidelibus et his q cognouerunt ueritates.  
Quia omnis creatura dei bona est. & nihil re  
uicendum qd cum gratia. actioe papien  
S anctificatur enim p uerbum dei & oratio  
nem. Hec proponens fratribz bonus eris  
minister ch<sup>o</sup> Jesu. enutritus uerbis fidei  
& bone doctrine quam assecutus es. Inep  
tias autem & inanes fabulas deuita. Exc  
ce autem teipsum ad pietatem. Nam cor  
poralis exercitatio ad modicum utilis est.

Pietas autem ad omnia utilis est. promiss  
sionem habens uite. que nunc est & futu  
re. fidelis sermo & omni acceptione dign  
In hoc enim laboramus et maledicimus.  
qd speramus in deum uiuum. q est saluato  
omnium hominum maxime fidelium. Pre  
cipe hoc & doce. Nemo adolefcentiam tua  
contemnat. sed exemplum esto fidelium.  
in uerbo in conuersatione. in caritate. in  
fide. in castitate. Dum uenio attende. lec  
tioni. exhortationi & doctrine. Noli  
negligere gratiam que in te est. que da  
ta est tibi. pphetiam cum impositione ma  
nuum presbyterij. Hec meditare in his o  
esto. ut. pfectus tuus manifestus sim om  
nibus. Attende enim tibi & doctrine. i  
sta in illis. Hec enim faciens et teipsum sal  
uum facies. et eos q te audiunt. Seniore  
ne increpaueris. sed obsecra ut p<sup>re</sup>m. Jus  
nes ut fr<sup>es</sup>. anis ut matres. iuuenulas  
ut sorores in omni castitate.

Iduas honora que uere  
uidue sunt. Siqua autem  
uidua filios aut nepotes  
h<sup>et</sup>. discat primum domu  
suam regere. et mutuum uicem reddere  
parentibus. Hoc enim acceptum est cora  
deo. Que autem uere uidua est & deso  
lata. speret in deum. & instet obsecra  
tionibus et orationibus nocte & die. Na  
que in delitijs est. uiuens mortua est.  
Et hoc precipe. ut irreprehensibiles sint.  
Siqua autem suos & maxime domesti  
corum curam non h<sup>et</sup>. fidem negauit. & e  
infideli deterior. Vidua digna non min  
sexaginta annorum. que fuerit unius uij

ri uxor in opibz bonis testimonium ha-  
bens si filios educauit. si hospicio recepit.  
si sanctorum pedes lauit. si tribulationes  
patientibus sumministrat. si omne opus  
bonum subsceuta est. A dolescentiores  
autem uiduas deuota. Cum enim luxuri-  
ate fuerint in ch<sup>o</sup> nubere uolunt. habe-  
tes damnationem. q<sup>a</sup> primam fidem. i<sup>u</sup>  
tam fecerunt. Simul autem et ociose dis-  
cunt. circuire domos. non solum ociose.  
sed & uertose et curiose loquentes que  
non oportet. Volo autem iuniores nubere  
filios. percare. matresfamilias esse. nulla  
occasione dare aduersario maledicti gra-  
I am enim quedam conuerse sunt retro.  
post sathanam. Siquis fidelis sit uiduas o-  
suministrat illis. ut non grauet ecclesia.  
ut his que uere uidue sunt sufficiat. o-  
bene presunt presbyteri. duplici honore  
digni habeantur. maxime q<sup>i</sup> laborant in  
u<sup>o</sup> et doctrina. Dicit enim scriptura.  
N on alligabis los boui trituranti. Et dig-  
est operarius mercede sua. Aduersus ps-  
byterum accusationem noli recipere. nisi  
sub duobz aut tribz testibz. Peccantes  
coram omnibz argue. ut ceteri timorem  
habeant. Testor coram deo & ch<sup>o</sup> jese  
et electis angelis. ut hec custodias sine  
preiudicio. nihil faciens in alteram par-  
tem declinando. Manus cito nemini im-  
posueris. neq<sup>e</sup> communicaueris peccatis.  
alienis. Te ipsum castum custodi. Noli  
adhuc aquam bibere. sed modico uino  
utere pp stomachum tuum. et frequen-  
testuas infirmitates. Quorundam homi-  
num peccata manifesta sunt. preceden-  
tia ad iudicium. Quorundam autem ho-

sequuntur. Similiter & facta bona ma-  
nifesta sunt. & que aliter se habent. absco-  
di non possunt.

Dicuntq<sup>ue</sup> sunt sub iugo ser-  
ui dnos suos omni honore  
dignos arbitrentur. ne nom-  
domini & doctrina blasphemetur.  
Q<sup>ui</sup> autem fideles hnt dnos non co-  
temnat. q<sup>a</sup> frs sunt. sed magis seruiant. q<sup>uam</sup>  
fideles sunt & dilecti. q<sup>a</sup> beneficij partici-  
pes sunt. Hec doce & exhortare. Siquis ali-  
ter docet et non acquiescit sanis sermonibz  
domini nostri jesu ch<sup>o</sup>. et ei que secun-  
dum pietatem est doctrine. supbus nubi-  
sciens. sed languens circa questiones et p-  
gnas uerborz. ex qbz oriuntur inuidia  
conentiones. blasphemie. suspensiones male-  
confluetationes hominum mente corrupto-  
rum & q<sup>ui</sup> a ueritate priuari sunt. existi-  
mantium questum ee pietatem. Est aut<sup>em</sup>  
questus magnus pietas cum sufficientia.  
Nihil enim intalimus in hunc mundum.  
haud dubium q<sup>a</sup> nec auferre qd possumus.  
Habentes autem alimenta et qbz egamur  
his contenti simus. Nam q<sup>ui</sup> uolunt diuites  
fieri inuidunt in tentationem & in laqueum  
diaboli & desideria multa inutilia et no-  
cua in interitum & pditionem. Radix n.  
omnium malore est cupiditas. quam qd-  
appetentes errauerunt a fide. & in serue-  
runt se doloribz multis. Tu autem o ho-  
dei hec fuge. Sectare uero iustitiam. pie-  
tatem. fidem. charitatem. patientiam. mai-  
suetudinem. Certa bonum certamen fide-  
apprehende uitam. eternam in qua uoca-  
tus es. & confessus bonam confessionem.

coram multis testibus. Præcipio tibi coram deo qui uiuificat omnia et christo iesu qui testimonium reddidit sub pontio pilato bonam confessionem. ut serues mandatum sine macula irreprehensibile usque in aduentum domini nostri iesu christi. quem suis testibus ostendit beatus et solus potens rex regum et dominus dominantium. qui solus habet immortalitatem et lucem habitat inaccessibilem. quem nullus hominum uidit. sed nec uidere potest. cui honor et imperium sempiternum. Amen. Diu tibi huius seculi præcipe. non subline sapere. neque sperare in incerto diuitiarum. si ideo uiuo qui prestat nobis omnia abunde ad fruendum bene age. diuites fieri in bonis operibus facile tribue. communicate. thesaurizare sibi fundamentum bonum in future. ut apprehendant ueram uitam.

O Timothee depositum custodi. deuitans personas uocum nouitates et opposiciones falsi nominis scientie. quam quidam permutantes circa fidem excederunt. Grata tecum

AMEN.

TEM TIMO  
theo scribit de  
exhortatione ma  
tyri & omnis re  
gule ueritatis &  
quid futurum.

fit temporibus nouissimis & de sua passione scribens ei ab urbe roma.

ANVLVS apostolus iesu christi per uoluntatem dei secundum pmissionem uite que est in christo iesu. Timotheo charissimo filio gratia et misericordia et pax a deo patre nostro et christo iesu domino nostro. Gratias ago deo meo cui seruo appetitoribus meis in conscientia pura. qui sine intermissione habeam tuam memoriam in orationibus meis nocte ac die desiderans te uidere. Memor lachrymarum tuarum ut gaudio implear. Recordationem accipiens eius fidei que est in te non ficta. que et habitauit primum in auia tua loide et matre tua Eunice. Certus sum autem quod et in te. Propter quam causam admonco te ut resuscites gratiam dei que est in te per impositionem manuum mearum. Non enim dedit nobis deus spiritum timoris. sed uirtutis et dilectionis et sobrietatis. Noli itaque erubescere testimonium domini nostri iesu christi neque inunctum eius. sed collabora euangelio secundum uirtutem dei qui nos liberauit et uocauit uocatione sua sancta. non secundum opera nostra. sed secundum propositum suum et gratiam que data est nobis in christo iesu ante tempora secularia. Manifestata est autem nunc per illuminationem saluatoris nostri iesu christi. qui destruxit iniquam mortem illuminauit autem uitam et in corruptionem per euangelium in quo positus sum ego predicator et apostolus

& magister gentium. Ob quam causam et  
hec patior. sed non confundor. Scio enim  
cui credidi. et certus sum quia potens est  
depositum meum seruare in illum diem.  
Formam habet sanorum uerborum que a me  
audisti in fide & dilectione in christo Iesu.  
Bonum depositum custodi per spiritum sanctum  
qui habitat in nobis. Scio enim hec que  
aucti sunt a me omnes que in asia sunt. ex  
quibus est Phigelus et Hermogenes. De  
miam dominus Onesiphori domini que  
sepe me refrigerauit & catenam meam  
non erubuit. sed cum roma uenissim sol  
licite me quesiuit & inuenit. De illi  
dominus inuenire miam a deo in illa die.  
Et quia ephesi ministravit mihi. tu me  
lius nosti.

ergo filii mei confortare  
in gratia que est in christo  
Iesu. & que audisti a me  
per multos testes hec com  
menda fidelibus hominibus que idonei erunt  
et alios docere. Labora sicut bonus miles  
christo Iesu. Nemo militans deo implicat  
se negotiis secularibus. ut ei placeat cui se  
probat. Nam et qui certat in agone non  
coronabit nisi legitime certauerit. Labor  
rante agricolam oportet primum de o  
fructibus accipere. Intelligite que dico. I  
dabit enim tibi dominus in omnibus intellectibus  
Memor esto dominum Iesum Christum resur  
rexisse a mortuis ex semine dauid secun  
dum euangelium meum in quo laboro  
usque ad uincula quasi male operans. sed ue  
rum dei non est alligatum. Ideo omnia  
sustineo pro electis. ut & ipsi salutem co

sequantur que est in christo Iesu cum o  
gloria celesti. Fidelis sermo. Nam si com  
mortui sumus. et conuenerimus si sustine  
bimus et coregnabimus si negauerimus  
et ille negabit nos. si non credimus ille  
fidelis permanet. negare seipsum non potest.  
Hec commune testificans coram deo. I  
Noli contendere uerbis. ad nihil enim o  
utile est nisi ad subuersionem audientium.  
Sollicite autem cura te ipsum proba  
bilem exhibere deo operarium inconfusi  
bilem recte tractantem uerbum uerita  
tis. Prophana autem & inanis loquax de  
uita. Multum enim proficiunt ad impieta  
tem. & sermo coram ut caner serpit. Ex  
quibus est hymeneus et philetus que a ueri  
tate exciderunt dicentes resurrectionem  
uam factam. & subuerterunt quorundam  
fidei. Sed firmum fundamentum dei  
stat. habens signaculum hec. Cognouit  
dominus que sunt eius. & disseclet ab iniquitate  
omnis que inuocat nomen domini. In magnam  
autem domo non solum sunt uasa aurea  
et argentea. sed et lignea & fictilia. et que  
dam autem in contumeliam. Siquis ergo  
emundauerit se ab istis. erit uas in honore  
sanctificatum. & utile domino ad omne  
opus bonum paratum. Iuuenilia autem de  
sideria fuge. sectare uero iustitiam. fide  
charitatem. pacem cum his que inuocant dominum  
de corde puro. Stultas autem et sine disci  
plina questiones de uita scies que generant  
lites. Seruum autem domini non oportet  
litigare. sed mansuetum esse ad omnes  
docibilem. patientem cum modestia cor  
ripientem eos que resistunt ueritati. ne quis  
deus det illis penitentiam ad cognoscendum.

ueritatem et respiciant a quo captiui te-  
nentur. ad ipsius uoluntatem.

Et autem scito quia in nouis-  
simis diebus instabunt tem-  
pora periculosa et erunt ho-  
mines seipsos amantes. cupi-  
di. elati. superbi. blasphemae. parentibus non-  
obedientes. ingrati. scelesti. sine affectioe:  
sine pace. criminatores. incontinentes. im-  
mites. sine benignitate. perditores. proterui.  
tumidi. et uoluptatum amatores. magis  
dei. habentes spem quidem pietatis. uirtute  
autem eius abnegantes. Et hos deuita. Ex  
his enim sunt qui penetrant domos. & cap-  
tiuas ducunt multitudine oneratas pecca-  
tis. que subducunt uarijs desiderijs. sem-  
per discentes. et nunquam ad scientiam uerita-  
tis peruenientes. Quoniam admodum autem  
iamnes. et mambres resistebant Moysi. et  
et hi resistunt ueritati. homines corrupti  
mente. reprobi circa fidem. sed ultra non pro-  
ficient. Insipientia enim eorum manifesta est  
omnibus. sicut & illorum fuit. Tu autem.  
assuetus es meam doctrinam. institutio-  
nem. propositum. fidem. longanimitatem. di-  
lectioem. patientiam. persecutiones. passiones.  
qualia tibi facta sunt. Antiochie. conio li-  
stris. quales persecutiones sustinui. et ex om-  
nibus eripuit me dominus. Et omnes qui pie uo-  
lunt uiuere in christo Iesu persecutionem pa-  
tientur. Mali autem homines et seducto-  
res. proficient in peius. errantes & in erro-  
res mittentes. Tu uero permane in his que didi-  
cisti & credita sunt tibi. sciens a quo di-  
diceris. Et quia ab infanta sacras litteras  
nosti. que te possunt instruere ad salutem

per fidem que est in christo Iesu. Omnis enim  
scriptura diuinitus inspirata utilis est. et  
ad docendum. ad arguendum. et corripi-  
endum. ad erudiendum in iustitia. ut  
perfectus sit homo dei ad omne opus bo-  
num instructus.

Estificor coram deo &  
Iesu christo qui iudicaturus  
est uiuos et mortuos. et  
per aduentum ipsius & re-  
gnum eius predicet uerbum. In sta oportu-  
tate. importune. argue. obsecra. increpa.  
in omni patientia & doctrina. Erit enim  
tempus cum sanam doctrinam non susti-  
nebunt. sed ad sua desideria coaceruabunt  
sibi magistros prurientes auribus. & a ue-  
ritate quidem auditum auertent. ad fabu-  
las autem conuertentur. Tu uero uigila.  
in omnibus labora. opus fac euangeliste.  
ministerium tuum imple. sobrius esto. Ego  
enim iam delabor et tempus resoluti-  
onis mee instat. Bonum certamen certau-  
i. cursum consumaui. fidem seruaui. In re-  
liquo reposita est mihi corona iustitiae. et  
quam reddet mihi dominus in illa die iustus  
iudex. Non solum autem mihi. sed et his  
qui diligunt aduentum eius. festina ad me  
uenire cito. Demas enim me reliquit. dili-  
gens hoc seculum. & abiit thessalonicam.  
crefens in galatiam. Titus in dalmatiam.  
lucas est mecum solus. Marcum assume.  
& adduc tecum. est enim mihi utilis in  
ministerio. Tichicum autem misi ephesum.  
penulam quam reteroade apud carpum.  
ueniens affer tecum et libros. maxime et  
autem membranas. Alexander erarius o

multa mala mihi ostendit. reddet illi dominus secundum opa eius. quem & tu deuita. Valde enim restat uerbis nostris. In prima mea defensione nemo mihi affuit. sed omnes me dereliquerunt. non illis imputet. Dominus autem mihi assistit & confortauit me. ut per me predicatio impleatur & audiant omnes gentes. & liberatus sum de ore leonis. **L**iberauit me ab omni opere malo. & salus faciet in regnum suum celeste. cui gloria in secula seculorum. Amen. Saluta priscam & a glam. et Onesiphori domum. Erastus remansit corinthi. Kophimum reliquit infirmum mileri. Festina autem hyemem uenire. Salutant te Cubolus & Pudens & Linus & Claudia & fratres omnes. Dominus Jesus Christus cum spiritu tuo. Gratia uobiscum. **A M E N.**

**ITVM COM**  
monfacit & instruit de constitutione presbyteri & de spirituali conuersatione & hereticis uitandis. q. traditionibus iudaicis credunt. scribens ei a nicopoli.

**AVLVS** seruus dei & apostolus autem Iesu Christi secundum fidem electorum dei et agnitionem ueritatis. que secundum pietatem est in spem uite eterne. quam promisit q. non mentitur. deus ante tempora secularia. manifestauit autem temporibus suis uerbum suum in predicatione. que credita est mihi secundum preceptum saluatoris nostri dei. Tito dilecto filio secundum communem fidem gratia & pax a deo patre & Christo Iesu saluatore nostro. huius rei gratia reliquit te citre. ut ea que tibi desunt corrigas et constituas presbyteros. sicut & ego disposui tibi. si quis sine crimine est unius uxoris uir. filios habens fideles non in accusatione luxurie. tibi aut non subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse. sicut dei dispensatorem non superbum. non iracundum. non uiolentum. non percussorem. non turpis lucri cupidum. sed hospitalem benignum prudentem sobrium iustum sanctum continentem amplectentem eum q. secundum doctrinam est fidelem sermonem. ut potens sit exhortari in doctrina sana. et eos q. contradicunt arguere. Sunt enim multi et inobedientes uaniloqui & seductores. maximus q. de circuncisione sunt. quos oportet reargui q. uniuersas domos subuertunt. & docentes que non oportet turpis lucri gratia. Dixit quidam ex illis proprius ipsorum prophetia. Cretenses semper mendaces male bestie uentris pigri. Testimonium hoc uere est. Quia ob causam increpa illos dure. ut sani sint in fide. non intendentes iudaicis fabulis &

mandatis hominum aduersantium se  
ueritate. Omnia munda mundis. conq̄n  
tis autem et infidelibus nihil est mundus.  
sed ingrati sunt. cor. et mens et confi  
Confitentur se nosse. deum. factis autem  
negant. cum sint abominati & incredibile  
& ad omne opus bonum repbi.

¶ V autem loquere que de  
cent sanam doctrinam. Se  
nes ut sobrii sint. pudici  
prudentes sani in fide in  
dilectione in patientia. Anus similiter  
in habitis sancto. non criminatrices non  
multo uino seruientes. bene docentes. ut  
ut prudentiam doceant adolescentulas  
ut uiros suos ament. filios suos diligant  
prudentes castas sobrias. domus curam  
habentes benignas subditas uiris suis. ut  
non blasphemetur uerbum dei. Iuuenes  
similiter hortare. ut sobrii sint. In omni  
bus teipsum prebe exemplum bonorum ope  
rum. in doctrina in integritate in gra  
uitate. Verbum sanum irreprehensibile.  
ut his q̄ ex aduerso est ueritate. nihil h  
bens malum dicere de nobis. Seruos do  
m̄s suis subditos eē. in omnibus placere  
tes non contradicentes non fraudantes  
sed in omnibus fidem bonam ostendente  
ut doctrinam saluatoris nostri dei omne  
in omnibus. Apparuit enim gr̄a dei &  
saluatoris n̄ri omnibus hominibus erudi  
ens nos. ut abnegantes impietatem & se  
cularia desideria. sobrie iuste & pie ui  
uamus in hoc seculo expectantes beatam  
spem & aduentum glorie magni dei et  
saluatoris nostri iesu christi. q̄ dedit se

metipsum p̄ nobis. ut nos redimeret ab  
omni iniquitate et mundaret. sibi populum  
acceptabilem sectatorem bonorum operum.  
Hec loquere et exhortare & argue om̄  
omni impio. Nemo te condemnat.

¶ Dimone illos principibus  
& potestatibus subditos e  
se deo obedire. ad omne  
opus bonum paratos esse.  
neminem blasphemare. non litigiosos eē  
sed modestos. omnem ostendentes man  
suetudinem ad omnes homines. Eramus  
enim aliqui et nos insipientes increduli  
errantes. seruientes desideriis & uolup  
tatis uariis in malitia et inuidia agen  
tes odibiles odientes inuicem. Cum au  
tem benignitas & humanitas apparuit  
saluatoris n̄ri dei. non ex opibus iustitie  
que fecimus nos. sed secundum misero  
cordiam suam saluos nos fecit per lauacrum  
regenerationis & renouationis sp̄s sancti  
quem effudit in nos abunde p̄ iesum  
christum saluatorem n̄rum. ut iustificati o  
gratia ipsius heredes sumus secundum  
spem uite eterne. Fidelis sermo est. Et  
de his uolo te confirmare. ut curent bo  
nis operibus preesse q̄ credunt deo. Hec  
sunt bona et utilia hominibus. Stultas autem  
questiones & genealogias et contentio  
nes & pugnas legis deuita. Sunt enim in  
tiles & uane. Hereticum hominem post  
unam et secundam correptionem deuita  
sciens q̄ subuersus est. q̄ cuiusmodi est &  
deliquit cum sit proprio iudicio iudicio  
condemnatus. Cum misero ad te Arte  
man aut Tycheum. festina ad me uenij

re' Neapoli. Ibi enim statui hyemare: i  
zenam legis pitum & Apollo solite p  
mit. ut nihil illis desit. Discant autem  
& ur̄i bonis opib' p̄cesse ad usus necē  
sarios. ut non sint infructuosy. Salutāt  
te q̄ mecum sunt omnes. Saluta eos q̄  
nos amant in fide. Gratia dei cum o  
nib' uobis. Amen.

HILEMONI  
familiares littera  
facte pro Onesim  
seruo eius. scri  
bens ab urbe Ro  
ma de carcere  
per suprascriptum Onesimum.

AVLVS unctus i  
Chr̄o Iesu & Timoth̄  
us frater Philomoni  
dilecto adiutori n̄o  
& Appie sorori char̄  
& Archippo commilitoni n̄o. et eccle  
que in domo tua est. gratia uobis & p̄  
a deo patre n̄o et domino Iesu Chr̄o.  
Ḡt̄is ago deo meo semp̄ memoriam iustifi  
cans in orationib' meis audiens charita  
tem tuam et fidem. quam habens in do  
mino Iesu & in omnes sanctos. ut conu  
nicatio fidei tuæ euident fiat in ignitio  
ne omnis opis boni in Chr̄o Iesu. Gaudi  
um enim magnum habui & consolatiōe

in charitate tua. q̄a uiscera sanctor̄ rece  
uerunt p̄ te. frater. propter qd̄ multam  
fiduciam habens in Chr̄o Iesu impandū  
tibi qd̄ ad rem p̄tinet propter charita  
tem magis obsecro cum sis talis. ut Pau  
lus senex. nunc autem & unctus Iesu  
Chr̄o. obsecro te pro meo filio quem ge  
nui in uinculis Onesimo q̄ tibi aliquan  
do inuitis fuit. n̄e autem et mihi & ti  
bi util. quem remisi tibi. Te autem illi  
ut mea uiscera suscipe. que ego uoluerā  
mecum detinere. ut p̄ te mihi ministra  
ret in uinculis euangelij. Sine consilio  
autem tuo nihil uolui facere. ut ne ue  
lut ex necessitate bonum tuum esset. i  
sed uoluntarium. Forsitan enim ideo o  
discessit ad horam a te. ut in eternum  
illum reciperes. iam non ut seruum. sed  
pro seruo char̄o fr̄em maxime mihi. i  
Quo magis tibi & in carne & in domi  
no. Si ergo h̄es me socium. suscipe illum  
sicut me. Si autem aliqd̄ nocuit tibi. i  
aut. debet. hec mihi imputa. Ego Paulus  
scripsi mea manu. Ego reddam. ut non  
dicam tibi. q̄ & t̄ipsum mihi debes. Ita  
frater ego te fruor in domino. refice uis  
cera mea in Chr̄o. Confidens in obedien  
tia tua scripsi tibi. scies qm̄ et sup̄ id qd̄  
dico facies. Simul & para mihi hospi  
tium. nam sp̄o per oratiōes ur̄as donari  
me uobis. Salutat te Epaphras concep  
tius meus in Chr̄o Iesu. Marcus Ari  
starchus Demas et Lucas adiutores  
mei. Gratia domini n̄i Iesu Chr̄o cum  
spiritu uestro. Amen.



PRIMIS DICENDUM EST CUR  
APL'S PAULUS IN HAC  
EPISTOLA SCRIBENDA  
NON SERUAUERIT MO-  
REM SUUM UT UEL  
Uocabulum nominis sui ut ordinis deser-  
beret dignitatem. Hec causa est q. ad eo  
scribens q. ex circūcisōe exciderant qua  
si gentium apl's et non hebrōe. sciens q.  
eorū supbiam suamq. humilitatem ipse  
demonstrans meritum officij sui noluit  
anteferre. Nam simili modo etiam johan-  
nes apl's propter humilitatem in eplā suā  
nomen suum ratione non pretulit. Hic  
ergo epistolam fertur apl's ad hebrōes co-  
scriptam hebraica lingua misisse. cuius  
sensum et ordinem retinens Lucas euan-  
gelista post excessum apostoli Pauli gre-  
co sermone composuit.

ULTIPHARIE mul-  
tisq. modis olim d's loqn'  
patribus in pphetis noui  
sunt diebus istis locutus  
est nobis in filio. quem  
constituit heredem uniuersorū per quem  
fecit & secula. Quia sit splendor gl'ie  
& figura substantie eius. portansq. omnia  
uero uirtutis sue. purgatiōem peccatorū  
faciens sedē ad dexteram maiestatis in  
excelsis. tanto melior angelis effectus. q.  
to differentius pte illis nomen heredita-

uit. Cui enim dixit aliqui angelos filij  
meus es tu. ego hodie genui te. Et rursum  
Ego ero illi in patrem. & ipse erit mihi in  
filium. Et cum iteꝝ introducit primoge-  
nitum in orbem terre. dicit. Et adorent  
cum omnes angeli dei. Et ad angelos qdē  
dicit. Qui facit angelos suos sp's et minist'  
suos flammam ignis. Ad filium autem  
chronus tuus d's in seculum seculi. uir-  
ga eqtatis. uirga regni tui. Dilexisti iust-  
tiam & odisti iniquitatem. propeccata uixit  
t's d's tuus oleo exultationis pte partici-  
pibz tuis. Et tu in principio domice ter-  
ram fundasti & opa manuum tuarū s't  
celi. Ipsi peribunt. tu autem pmanebis. &  
omnes ut uestimentum ueterascent. Et  
uelut amictū mutabis eos et mutabun-  
tur. tu autem idem ipse es & anni tui nō  
deficient. Ad quem autem angelos  
dicit. Aln' sede a dextris meis. donec po-  
nam inimicos tuos scabellum pedum tuo-  
rum. Nonne omnes sunt administrato-  
ri sp's in ministerium missi pp qui here-  
ditatem capiunt salutis.

Propterea abundantu  
oportet obseruare nos ex  
que audiuimus. ne for-  
te pessluamus. Si enim q.  
p angelos dictus est sermo factus est fir-  
mus. & omnis preuaticatio et inobedi-  
tia accepit iustam mercedis retributionem.  
quomodo nos effugiemus si tantam negle-  
xerimus salutem. Que cum initium acce-  
pisset narrari p dnm ab eis q. audierunt  
in nos confirmata est. constante deo signi-  
et portentis et uarijs uirtutibus & spiritibus

sancti distributionibus secundum suam uoluntatem. Non enim angelus subiecit in orbem terre future de quo loquimur. Testis est autem in quodam loco quod dicitur. Quid est homo qui memor est eius. aut filius hominis. quoniam uisitasti eum. Munuisti eum paulominus ab angelis gloria et honore. coronasti eum. et constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti in sub pedibus eius. In eo enim quod omnia ei subiecit. nihil dimisit non subiectum ei. Nunc autem necdum uidemus omnia subiecta ei. eum autem qui modico quod angeli innotatus est. uidemus Jesum pro passionem mortis gloria et honore coronatum. ut gratia dei pro omnibus gustaret mortem. Decebat enim eum pro quem omnia et per quem omnia. qui multos filios in gloriam adduxerat. auctorem salutis eorum per passionem consumari. Quoniam sanctificat. et qui sanctificantur ex uno omnes. Propter quam causam non confundit fratres conuocare. dicens. Nuntiabo nomen tuum fratribus meis in medio ecclesie laudabo te. Et iterum. ego ero fidens in eum. Et iterum. ecce ego et pueri mei quos dedit mihi deus. Quia ergo pueri communicauerunt in carni et sanguine. et ipse similiter participauit eisdem. ut pro mortem destrueret eum qui habebat mortis impium. id est diabolum. et liberaret eos qui timore mortis per totam uitam obnoxii erant seruituti. Nisi enim angelos apprehendit. sed semetipsum Abrahæ apprehendit. Unde debuit per omnia fratribus similari. ut misericors fieret et fidelis pontifex ad deum ut repropitiaret delicta populi. In eo enim quo passus est.

ipse et tentatus potens est. et eis qui tentantur auxiliari.

Et de fratre sancti uocationis ecclesie participes. considerate apostolum et pontificem confessionis nostre Jesum. qui fidelis est ei qui fecit illum. sicut et Moyses in omni domo eius. Amplioris enim glorie iste pro Moyse dignus habitus est. quanto amplior honorem habet domus qui fabricauit illam. Omnis namque domus fabricat ab aliquo. Qui autem omnia creauit deus est. Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus in testimonium eorum que dicenda erant. Christus uero tanquam filius in domo sua. Que domus sumus nos. si fiduciam et gloriam spei usque ad finem firmam retineamus. Quapropter sicut dicit spiritus sanctus. Hodie si uocem eius audieritis nolite obdurare corda uestra sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto ubi tentauerunt me patres uestrum probauerunt et uiderunt opera mea quod triginta annis. Propter quod offensus fui generationi huic et dixi semper erant corde. Ipsi autem non cognouerunt uias meas. quibus iuravi in ira mea. si introibunt in regem meam. Videte fratres ne forte sit in aliquo uestrum cor malum incredulitatis. discedendi a deo uiuo. Sed adhortamini uosmetipsos per singulos dies donec hodie cognominati. ut non obduretis quod ex uobis fallacia peccati. Participes enim christi et facti sumus. si tamen initium substantie eius usque ad finem firmum retineamus. dicit. Hodie si uocem eius audieritis nolite

obdurare corda ura quemadmodum in  
illa exacerbatione. Quidam enim audie-  
tes exacerbauerunt. sed non uniuersi qui  
profecta sunt ab egypto per Moysen. Qu-  
ibus autem inferis est quadraginta annis.  
Nonne illis q peccauerunt. quorum cada-  
uera pstrata sunt in deserto. Quibus au-  
t iurauit non introire in regem ipsius. nisi  
illis q increduli fuerunt. Et uidemus  
qa non potuerunt introire propter in-  
credulitatem.

Ineamus ergo. ne forte re-  
licta pollicitatione. introe-  
undi in regem eius existi-  
metur. aliq ex nobis deesse.

Et enim & nobis nuntiatum est quemadmo-  
dum et illis. sed non pfitur illis sermo au-  
ditus non admixtus fidei. ex his que audy-  
erunt. Ingrediamur enim in regem q cre-  
didimus quemadmodum dixit. sicut iur-  
ui in ira mea. si introibunt in regem meam.

Et qdem opibz ab institutione mundi per-  
fectis. dixit enim in quodam loco de die  
septima sic. Et regit d's die septima ab  
omnibz opibz suis. Et in isto rursum. Sin-  
troibunt in regem meam. Quoniam ergo  
superest introire quosdam in illam. & hi  
qbus prioribus annuntiatum est. non in-  
troierunt pp incredulitatem. ut & termi-  
nat diem quendam hodie in dauid dicen-  
do. post tm temporis sicut supra dictum e.  
hodie si uocem eius audieritis nolite obdu-  
rare corda ura. Nam si eis iesus requiem  
prestasset. nunq de alia loqueretur post  
huc die. Itaq relinqtur sabbatissimus popu-  
lo dei. Quoniam ingressus est in requiem q

etiam ipse regit ab opibz suis sicut &  
a suis d's. Festinemus ergo ingredi in illa  
regem. ut ne in idipsum quis incidat in  
credulitatis exemplum. Viuus est enim  
sermo dei et efficax & penetrabilior om-  
ni gladio ancipiti. & pertingens usque  
ad diuisionem anime ac spiritus. compag-  
uocq. ac medullarum et discretor cogita-  
tionum et intentionum cordis. Et non  
est ulla creatura inuisibilis in conspectu  
eius. omnia aut nuda & aperta sunt oculis  
eius. ad quem nobis sermo. Habentes ergo  
pontificem magnu q penetravit celos. Je-  
sum filium dei. teneamus spei nre confes-  
sionem. Non enim hemus pontificem q  
non possit compati infirmitatibz nostris.  
tentatum autem per omnia p similitudine  
absq peccato. Addeamus ergo cum fiducia  
ad thronum gratie eius. ut misericordias  
consequamur et gratiam inueniamus in au-  
xilio oportuno.

Mnis namq pontifex ex  
hominibz assumptus. p homi-  
nibz constituit in his que  
sunt ad deum ut offerat  
dona et sacrificia p peccatis. Quod dolere  
possit his q ignorant et errant. qm & ipse  
circudatus est infirmitate. & propterea.  
di qadmodum quemadmodum p populo  
ita etiam & p semetipso offerre p peccatis.  
Nec qsq sumit sibi honorem. sed q uocat  
a deo tanq Aaron. Sic & Christus non seme-  
t ipsum clarificauit. ut pontifex fieret. si  
q locutus est ad eum. Filius meus es tu. ego  
hodie genui te. Quemadmodum et in ali-  
loco dicit. Tu es sacerdos in eternum se-

cū dūm ordinem sylebiselech. Q in di  
ebus carnis sue p̄ces supplicationesq; ad  
eum q; possit illum saluum facere a mor  
te cum clamore ualido et lachrymis offe  
rens. exauditus est pro sua reuerentia.  
E t quid cum esset filius dei. didicit ex  
his que passus est obedientiam. & con  
sumatus factus est omnib; obtempantib;  
sibi causa salutis. eterna appellatus a deo  
pontifex iuxta ordinem sylebiselech.  
D e quo nobis grandis sermo et interpreta  
bilis ad dicendum. qm̄ unbecillus facti  
estis ad audiendum. q; E tenim cum de  
beretis magistri esse p̄ tempus. rursū i  
digetis ut uos doceamini que sint elemē  
ta exordij sermonum dei. et facti estis q;  
bo lacte opus sit. non solo cibo. Omnis enī  
q; lactus est particeps expertus est sermōis  
iustitie. Paruulus enim est perfectore  
autem est solidus cibo. eorum q; p̄ c  
suetudine exercitatos habent sensus ad  
discretiōem boni ac mali.

¶ Vapropter intermitte  
tes inchoationis christi se  
mōem. ad p̄fectionem fe  
ramur. non rursū iacē  
tes fundamentum p̄nie ab operib; mor  
tuis & fidei ad deum. baptisimatū dōc  
trine. impositionis quoq; manuum. ac re  
surrectionis mortuorū. et iudicij. eterni.  
E t hoc faciemus. si qdem permiserit d̄s. Im  
possibile enim est eos q; secl̄m̄ illumina  
ti. gustauerunt. etiam donum celeste. e  
participes facti sunt sp̄s sancti. gustauerūt  
nihilominus bonum dei uerbum. uirtute  
q; seculi uenturi. & lapsi sunt. rursū

renouari ad p̄nitentiam. rursū cruci  
figentes sibi metipsis filium dei. & osten  
tū habentes. Terra enim sepe uenientem  
sup̄ se bibens hymbrem et germinans her  
bam opportunam illis a q̄b; colit accipit  
benedictionem. p̄ferens autem spinas ac tri  
bulos rep̄ta est & maledictio p̄xima cuius  
consumatio in combustione. Confidimus  
autem de uobis dilectissimū meliora et vi  
ciora saluti. tam & si ita loquimur. Non. n.  
iniustus d̄s. ut obliuiscatur operis ur̄i et p̄  
dilectionis quam ostendistis in nomine o  
ipsius q; ministrastis et ministratis. Cupim;  
autem unum quēq; ur̄m eandem osten  
te sollicitudinem ad expletionem sp̄i usq;  
in finem. ut non segnes efficiamini. Ver  
unitatores corū q; fide & patientia heredi  
tabunt p̄missiones. Abrahāe namq; promittens  
d̄s. qm̄ neminem habuit p̄ quem iurare m̄  
torem. iurauit p̄ semetipsum dicens. nisi be  
nedicens benedicam te. & multiplicans o  
multiplicabo te. & sic longamitter ferēs  
adeptus est rep̄missionem. Homines. n.  
per maiorem suū iurant. & omnis contros  
sio. eorum finis ad confirmationem est iu  
ramentum. In quo abundantius uolens d̄s  
ostendere pollicitationis hereditib; immo  
bilitate consily sui interposuit iusiurande  
dum. ut p̄ duas res immobiles impossibile  
est mentiri deum fortissimum solatium.  
habeamus q; confugamus ad tenendam. p̄  
positam sp̄em quam sicut anchoram habent  
anime tutam ac firmam. et incedentem.  
usq; ad interiora uelaminis. ubi p̄cur  
sor. p̄ nobis introiit. Iesus secundum ordi  
nem sylebiselech pontifex factus in  
ETERNUM.

Ic enim Melchisedech rex  
salc sacerdos dei sumi qui  
obuiavit Abrae regresso a  
cede regum et benedixit  
ei cui & decimas omnium diuisit. Abraam  
primum quidem qui interpretatur rex iusti-  
tie deinde autem & rex Salc. quod est  
rex pacis. sine patre sine matre sine ge-  
nealogia. neque initium dierum. neque finem  
uitae habens assimilatus autem filio dei in-  
ter sacerdos in perpetuum. Intuemini au-  
tem quod sit hic. cui & decimas dedit de-  
precipuis Abraam patriarcha. Et quidem  
de filiis Leui sacerdotum accipientes ma-  
datum habent decimas sumere a populo secun-  
dum legem. id est a fratribus suis. quoniam  
et ipsi exierunt de lumbis Abrae. Cuius  
autem generatio non annumeratur in eis. &  
decimas sumpsit ab Abraam. et hunc qui  
habebat reprobationes benedixit. Sine  
ulla autem contradictione quod minus est  
a meliore benedicitur. Et hic quidem de-  
cimas morientes homines accipiunt. ibi autem  
contestatur quia uiuit. Et ut ita dictum  
sit per Abraam et Leui qui decimas accepit.  
decimatus est. Adhuc enim in lumbis pa-  
tris erat. quoniam obuiavit ei Melchisedech. Si  
ergo consummatio per sacerdotium leuiticum  
erat. populus enim sub ipso legem accepit. qui  
adhuc necessarium fuit secundum ordinem  
Melchisedech alium surgere sacerdotem. et  
non secundum ordinem Aaron dici. Tran-  
sato enim sacerdotio. necesse est ut & le-  
gis translatio fiat. In quo enim haec dicitur.  
de alia tribu est de qua nullus altario  
praesto fuit. Manifestum est enim quod ex

Juda ortus sit dominus noster in qua tribu nihil  
de sacerdotibus Moyses locutus est. Et im-  
plius adhuc manifestum est. si secundus  
similitudinem Melchisedech exurgat alius  
sacerdos qui non secundum legem manda-  
ti carnalis factus est. sed secundum uir-  
tutem uirae insolubilis. Contestatur enim  
quoniam tu es sacerdos in aeternum secundum  
ordinem Melchisedech. Reprobatio quidem  
fit praecedentis mandati pro infirmitates  
eius et inutilitatem. Nihil enim ad per-  
fectum adduxit lex. Introductio uero  
melioris spei per quam peruenimus ad deum.  
Et quantum est non sine iuramento. Alii  
quidem sine iuramento sacerdotes facti  
sunt. hic autem cum iuramento per ex-  
tra quod dicit ad illum. Iurauit dominus & non  
poenitebit eum. tu es sacerdos in aeternum.  
In tantum melioris testamenti sponsor factus  
est Iesus. Et alii quidem plures facti  
sunt sacerdotes secundum legem. iure uero  
quod morte prohiberentur permanere. hic autem  
eo quod maneat in aeternum. sempiternum  
habet sacerdotium. Unde & saluare in  
perpetuum potest accedens per semetipsum  
ad deum semper uiuens ad interpellandum  
pro nobis. Talis enim decebat. ut nobis  
esset pontifex. sanctus innocens impollutus  
segregatus a peccatoribus & excelsior  
caelis factus. Qui non habet necessitatem quo-  
tidie. quemadmodum sacerdos prius pro  
suis delictis hostias offerre. deinde pro  
populi. hoc enim fecit semel se offerendo.  
Lex enim constituit homines sacerdotes  
infirmitatem habentes. sermo autem iurandi  
quod post legem est filium in aeter-  
num perfectum.

capitulum autem super  
ca que dicuntur. Talem  
habemus pontificem qui  
consedit in dextera sedis  
magnitudinis in celis sanctos minister  
& tabernaculi ueri. quod fixit deus et non  
homo. Omnis enim pontifex ad offeren-  
dum munera et hostias constituitur. **V**  
nde necesse est & hunc habere aliquid  
quod offerat. Si ergo esset super terram  
nec esset sacerdos. cum essent qui offerrent  
secundum legem munera que exemplari  
& umbra deseruiunt celestium. sicut  
respondit est Moysi cum consumaret  
tabernaculum. Vide inquit omnia facito  
secundum exemplar. quod tibi ostensum est  
in monte. Nunc autem melius sortitus  
est ministerium. quod & melioris testame-  
ti mediator est. quod in melioribus repmissi-  
onibus sanctum est. Nam si illud prius  
culpa uacasset. non utique secundi locus in-  
quiret. Vituperans enim eos dicit. Ecce  
dies uenient dicit dominus. et consumabo super  
domum israhel et super domum iuda. testa-  
mentum nouum. non secundum testame-  
tum quod feci patribus eorum in die qua ap-  
prehendi manum eorum. ut educerem illos  
de terra egypti. quoniam ipsi non permanserunt  
in testamento meo et ego neglexi eos di-  
xit dominus. Quia hoc est testamentum quod  
disponam domui israhel post dies illos dicit  
dominus. dabo leges meas in mentem eorum.  
& in corda eorum super scribam eas. et ero  
eis in deum. & ipsi erunt mihi in populum.  
**E**t non decabit unusquisque proximum suum  
et unusquisque fratrem suum dicens. cogno-

ce dominum. quoniam omnes scient me & minore o-  
usque ad maiorem. quia propitius ero iniqui-  
tatis eorum et peccatorum eorum iam non  
memorabor. Dicendo autem nouum ue-  
terauit prius. Quod autem antiquat et se-  
nescit prope interitum est.

Abiit quidem & prius ui-  
sificationes cultus & fac-  
tum seculare. Tabernaculum  
enim factum est primum  
in quo erant candelabra & mensa & pro-  
positio panum que dicitur sancta. post uela-  
mentum autem secundum tabernaculum  
quod dicitur sancta sanctorum aureum habens th-  
ronum & arcam testamenti circumtectam  
ta reportantes finem fidei uestre salu  
tem animarum uestrarum. De qua salute  
exoptauerunt atque scrutati sunt prophete  
qui de futura in uobis gratia prophetauerunt  
scrutantes in quod uel quale tempus signi  
ficaret in eis spiritus chri. prenuntians ex  
que in chri sunt passiones et posteriores  
gratias quibus reuelatum est. quia non sibi  
ipsis uobis autem ministrabunt ea que  
nunc nuntiata sunt uobis per eos qui cum  
gelitauerunt uobis spiritu sancto misso de  
celo in quem desiderant angeli prospice  
re propter quod succedat lumbos mentis ure  
sobrii precepi sperate in ea que offertur  
uobis gratiam in reuelationem Iesu chri.  
quasi filij obedientie non configurati  
prioribus ignorantie ure desiderijs. sed  
secundum eum qui uocauit uos sanctum.  
ut & ipsi in omni conuersatione sancti  
sitis quoniam scriptum est. sancti eritis quoniam  
ego sanctus sum. Et si patrem inuoca  
tis eum qui sine acceptione personarum uidi  
cat secundum uniuersum opus in timore  
recolatus ure tempore conuersationum.  
Scientes quod non corruptibilis auro uel  
argento redempti estis de uana ure  
conuersatione paterne traditionis. sed  
precioso sanguine quasi agni immacu

lati chr̄ et incontaminati precogniti  
quidem ante mundi constitutionem. et  
manifestati autem nouissimis temporibus  
propter uos qui per ipsum fideles estis in  
deo. qui suscitauit eum a mortuis. et de-  
dit ei gloriam. ut fides uestra et spes es-  
set in deo. Alias uestras castificantes in  
obedientia charitatis. in fraternitatis  
amore simplici ex corde inuicem dili-  
gite attentius. renati non ex semine. et  
corruptibili sed incorruptibili per uer-  
bum dei uiui et permanentis in eternum.  
Quia omnis caro ut foenum et omnis  
gloria eius tanquam flos foeni. Exaruit  
foenum et flos eius decidit. uerbum  
autem domini manet in eternum. O  
Hec est autem uerbum quod euangeli-  
zatum est in uos.

Eponentes igitur omnem  
malitiam et omnem do-  
lum et simulationes et i-  
uidias et omnes detrac-  
tiones. sicut modo geniti infantes rati-  
onabiles et sine dolo lac concupiscentie  
ut in eo crescatis in salutem. si tamen gusta-  
tis quoniam dulcis est dominus. Ad quem accede-  
tes lapidem uiuum ab hominibus quidem  
reprobatum. a deo autem electum et  
honorificatum. et ipsi tanquam lapides uiui  
superedificamini domos spirituales in sacer-  
dotium sanctum. offerentes spirituales  
spirituales hostias acceptabiles deo per  
jesum christum. Propter quod continet scrip-  
tura. Ecce pono in syon lapidem sum-  
mum angularem probatum electum pre-  
ciosum et qui crediderit in eum non co-

fundet. Vobis igitur honor credentibus  
non credentibus autem lapis quem repro-  
bauerunt edificantes. hic factus est in  
caput anguli et lapis offensionis et pe-  
tra scandali. his qui offendunt. his qui offe-  
dunt uerbo. nec credunt in quo et po-  
siti sunt. Vos autem genus electum. re-  
gale sacerdotum gens sancta populus  
acquisitionis. ut uirtutes annuntietis cui  
qui de tenebris uos uocauit in admirabi-  
le lumen suum. Quia aliqui non populus di-  
nunc autem populus dei. qui non conse-  
crauit misericordiam. nunc autem misericordiam  
consecrauit. Charissime. obsecro uos tanquam ad-  
uenas et peregrinos abstinere uos a carna-  
libus desiderijs que militant aduersus  
animam conuersationem uestram inter-  
gentes habentes bonam. ut in eo quod de-  
tractant de uobis tanquam de malefacto-  
ribus ex bonis opibus uos considerante  
glorificent deum in die uisitationis. et  
Subiecti igitur estote omni humane cre-  
ature propter deum. Siue regi quasi prece-  
lenti. siue duobus tanquam ab eo mis-  
sis ad uindictam malefactorum. Laudem  
uero honorem. Quia sic est uoluntas dei. et  
ut beneficientes obmutescere faciatis  
imprudentium hominum ignorantiam.  
Quasi liberi et non quasi uelamen haben-  
tes malicie libertatem. sed sicut serui  
dei. Omnes honorate. fraternitatem. et  
diligite. Deum timeate. Regem honori-  
ficate. Serui subditi estote in omni timo-  
re dominis. non tamen bonis. et modestis. sed et  
discolis. Hec est enim gratia si propter dei con-  
scientiam sustinet. quasi tristitias patiens  
inuste. Que enim est gratia si peccat.

tes & colaphizati suffertis. Sed si bene  
facientes patienter sustinetis. hęc est  
gratia apud deum. In hęc enim uocati  
estis. q̄a & chr̄s passus est pro nobis.  
uobis relinquens exemplum ut sequamini  
in uestigia eius. Q̄ peccatum non fecit.  
nec inuentus est dolus in ore eius. Q̄  
cum malediceret non maledicebat. cū  
pateretur nō comminabatur. Tradebat  
autem iudicanti se iniuste. Qui pecca-  
ta nra ip̄e p̄tulit in corpore suo super  
lignum. ut peccatis mortui iustitiae ui-  
uamus. cuius luore sanati estis. Eratis  
enim sicut oues errantes. sed conuersi  
estis nunc ad pastorem & episcopum  
animarū uarum.

Imiliter & mulieres sub-  
dite sint uiris suis. ut &  
siq̄ non credunt uerbo p̄-  
mulieris conuersationem  
uram. Quarum si non sit extrinsecus au-  
circūdatio aut indumenti uestime-  
torū cultus. sed q̄ absconditus est homi-  
cordis in incorruptibilitate q̄eti & mo-  
desti spiritus q̄ est in conspectu dei lo-  
plex. Sic enim aliquę et sanctę muliēs  
sperantes in deo ornabant se subiecte  
proprijs uiris. sicut Sara obediebat  
Abraę. dominum eum uocans. cuius o-  
estis filię benefacientes & non p̄men-  
tes ullam p̄urbationem. Sicut similiter  
cohabitantes secundum scientiam. qua-  
si in firmiori uasculo muliebri impatien-  
tes honorant tanq̄ coheredibus gratia ui-  
te. ut non impediant orationes ur̄e. In  
fide autem omnes unanimes. compate-

tes. fraternitatis amatores. misericorde  
modesti. humiles. non reddentes malū  
pro malo. nec maledictum p̄ maledic-  
to. sed e contrario benedicentes. q̄a in  
hęc uocati estis ut benedictionem herē-  
ditate possideatis. Q̄ enim uult uitam  
diligere & dies uidere bonos. coerceat  
linguam suam a malo & labia eius ne  
loq̄tur dolum. Declinet autem a ma-  
lo et faciat bonum. inq̄rat pacem. et p̄-  
sequatur eam. q̄a oculi domini sup iusto  
& aures eius in p̄ces eorū. uultus autē  
domini sup facientes mala. Et q̄ est q̄  
uobis noccat. si boni. emulatores fue-  
ritis. Sed et si q̄d patimini p̄ iustitiam  
beati. Timorem autem eorū ne timue-  
ritis. ut non conturbemini. Dominum  
autem chr̄m sanctificate in cordib' ur̄is  
parati sempe ad satisfactionem omni p̄sec-  
ti uos rationem de ea que in uobis est spe-  
sed cum modestia et timore consciam  
habentes bonam. ut in eo q̄d detrahunt  
de uobis confundant q̄ calumniant  
uram bonam in chr̄m conuersationem. 1  
Sed uis est enim ut benefacientes si uo-  
luntas dei uelit pati q̄ malefacientes. q̄a  
et chr̄s semel pro peccatis nris mortu-  
us est. iustus pro iniustis. ut nos offerret  
deo. mortificatos q̄dem carne. uiuific-  
tos autem spiritu. In quo & his q̄ in car-  
cere erant sp̄s ueniens predicauit q̄ in-  
creduli fuerant aliqui q̄n expectabant  
dei patientiam in diebus. & cum fabri-  
caretur arca in qua pauci id est octo ani-  
me saluę factę sunt per aquam. Q̄ et  
uos nunc sicut forme saluos facit bap-  
tisma. non carnis depositio sordium. sed

hinc ubi loquitur con-  
siderantes i timore dñi  
conuersationem.

consentiae bone interrogatio in deum  
per resurrectionem iesu chri & mortui  
q est in dextera dei deglutiens morte  
ut uite eterne heredes efficeremur. i  
pfectus in celum subiectis sibi angelis  
potestatibus et uirtutibus.

In isto igit passo in car  
ne. et uos eadem cogita  
tione armamini. qd qui  
passus est in carne. desyt  
a peccatis. ut non iam desiderys hominu.  
sed uoluntate dei qd reliquum est in  
carne uiuat temporis. Sufficit enim p  
teritum tempus ad uoluntatem gentiu  
consumandam his q ambulauerunt in  
luxurijs. desiderys uiolentys comes  
sationibus. potationibus ebrietatibus. & il  
licitis idoloz cultibus. In quo admira  
tur no concurrentibus uobis in eadem  
luxurie confusione blasphemantes. q  
reddent rationem ei q paratus est uidi  
care uiuos et mortuos. Propter hoc enim  
et mortuis euangelizatum est. ut uidi  
centur qdem secundum homines in car  
ne uiuant. autem secundum deum i sps.  
Omnium autem finis appropinquabit. Est  
et itaq prudentes & uigilate in oratio  
nibus. ante omnia autē mutuam i uobis  
metipsis charitatem continuam habes  
tes. qd charitas operit multitudinem pe  
ccatorum. hospitales inuicem. sine inuim  
ratione. Vnusquisq sicut accepit gratia  
in alterutrum illam administrantes. sicut  
boni dispensatores multiformis gratia dñi.  
Siquis ministrat tanq ex uirtute quam ad  
ministrat dñs. ut in omnibus honorificetur.

dñs per iesum chri cui est gloria et impe  
rium in secula seculor. Amen. Char. no  
lite peregrinari in seruire q ad tentatio  
nem uobis sit quasi noui aliqd uobis co  
tingat. sed communicantes chri passio  
nibus gaudete. ut in reuelatione glorie  
eius gaudeatis exultantes. Si exprobra  
mini in nomine chri. beati eritis. qm qd  
est honoris glie & uirtutis dei. et q est  
eius sps sup uos requiescit. Nemo autem  
uim patiat quasi homicida aut fur aut  
maledicus aut alienoz appetitor. Si aut  
ut christianus non crubescat. glorificet  
autem deum in isto nomine. quoniam te  
pus est ut incipiat iudicium a domo dñi.  
Si autem primum a nobis qd finis coru q  
non credunt dei euangelio. Et si iusti  
qdem uix saluabuntur. impij & peccator  
ubi parebunt. Itaq et hi qui patiuntur  
secundum uoluntatem dei. fideli creatori  
commendent animas suas in bene factis.

Omnes ego q in uobis sunt  
obsecro consenior & testis  
chri passionum. q & eius  
que in futuro reuelanda  
est glie communicator. Pascite q in uo  
bis est gregem dei. prouidentes non co  
hact. sed spontane. secundum deum. i  
neq turpis lucri gra. sed uoluntarie. neq  
ut dominantes in cleris. sed forma facti  
gregis ex animo. & cum apparuerit pri  
ceps pastoz pceptis unmarcessibilem i  
glie coronam. Similiter adolecentes. o  
subditi estoet senioribus. Omnes enim inu  
icem humilitatem insinuate. qd dominus  
supbis resistit. humilibus autem dat gram.

Humiliamini igitur sub potenti manu dei. ut uos exaltet in tempore uisitationis omnem sollicitudinem uestram proicientes in eum quoniam ipsi cura est de uobis. Sobrii estote & uigilate quia aduersarius uestrum diabolus tanquam leo rugiens circuit querens quem deuoret. cui resistite fortes in fide. scientes eandem passionem et que in mundo est uestrae fraternitati fieri. Deus autem omni gratia que uocauit nos in eternam suam gloriam in christo iesu modicum passus. ipse proferet & confirmabit solidabitque. In ipsius gloria & imperium in secula seculorum amen. Per siluanum fidelem fratrem uobis ut arbitror breuiter scripsi. obsecrans & contestans hanc esse uestram gratiam dei in qua statis. Salutat uos ecclesia que est in babylone collecta. & Marcus filius meus. Salutate in uicem in omni loco sancto. Gratia uobis omnibus que estis in christo iesu. Amen.

IMON PERVS  
per fidem huic mundo  
sapientes mortuos esse  
declarat. eisdemque pietatis  
quantum sit magnitudo. luce ipsa clarius manifestat.

IMON petrus seruus  
& apstls iesu chri. his  
que coequalem nobiscum  
sortiti sunt fidem in  
iustitia dei nostri et  
saluatoris iesu chri. gratia uobis et pax  
adimpleatur in cognitione dei & chri.  
iesu domini nostri. Quomodo omnia nobis  
diuine uirtutis sue que ad uitam & pietatem  
donata sunt per cognitionem eius  
que uocauit nos propter gloria & uirtute  
per quem maxima et preciosa nobis promissa  
donauit. ut per hec efficiamini diuine  
confortes nature. fugientes eius que in mundo  
est concupiscentie corruptione. Vos autem curam  
omnem subinferentes ministrare in fide uestram  
uirtutem. in uirtute autem scientiam. in  
scientia autem abstinentiam. in abstinentia  
autem patientiam. in patientia autem pietatem.  
in pietate autem amorem fraternitatis. in amore  
autem fraternitatis charitatem. hec enim si uobiscum  
assint & superent. non uacuos. nec sine fructu  
uos constituent in domini nostri iesu chri.  
cognitione. Cui enim non prebito sunt hec. cecus est  
& manu tentans obliuionem accipiens purgationis  
ueterum suorum delictorum. Quapropter fratres  
magis satagite. ut per bona opera certam  
uestram uocationem et electionem faciatis.  
hec enim facientes non peccabitis alicui. Sic enim  
abundanter ministrabit uobis introitus in eternum  
regnum dei & saluatoris nostri iesu chri. propter quod  
uos incipiam super sermonem de his. & quod  
scientes & confirmatos uos in presenti ue-

ritate. Iustum autem arbitror quod diu sum  
in hoc tabernaculo suscitare uos in com-  
mitione. certus quod uelox est depositio ta-  
bernaculi mei. sed quod & dominus noster Iesus  
christus significauit mihi. Dabo autem ope-  
ram & frequenter habere uos post obitu-  
meum. ut horum omnium memoriam  
faciatis. Non enim in doctas fabulas secuti  
notam facimus uobis dominum nostrum Iesum christum  
uirtutem & presentiam. sed specula-  
tores facti illius magnitudinis. Accipi-  
ens enim a deo patre honorem et gloria  
uocem delapsa ad eum huiusmodi a ma-  
gnifica gloria. hic est filius meus dilec-  
tus in quo mihi complacuit. ipsum audi-  
te. Et hanc uocem nos audiuimus de ce-  
lo allatam. cum essemus cum ipso in mo-  
te sancto. Et habemus firmiterem prop-  
rietatem sermonem. cui benefacitis atten-  
dentes quasi lucernae. lucenti in caligin-  
oso loco. donec dies elucescat & lucifer  
orietur in cordibus uestris. hoc primum intel-  
ligentes quod omnis prophetia scripture prop-  
rietate interpretatione non fit. Non enim uo-  
luntate humana allata est aliqua prophe-  
tia. sed spiritu sancto inspirati locuti sunt. et  
sancti deique homines.

Verunt uero et pseudo-  
prophetae in populo sicut  
& in uobis erunt magis  
mendaces qui introducent  
sectas perditionis & cum qui emittit eos  
deum negant. superducentes sibi celerem  
perditionem. Et multi sequentur eorum lu-  
xurias per quas uia ueritatis blasphem-  
bitur. et in auaritia fictis uerbis de uobis

negotiantur. Quibus iudicium iam-  
diu non cessat & perditio eorum non do-  
minat. Si enim deus angelis peccantibus  
non peperat. sed rudentibus inferni de-  
tractos in tartarum tradidit. crucian-  
dos in iudicium reseruati & originali  
mundo non peperat. sed octauum no-  
uitate preconem custodiuit diluuium  
mundum ipso inducens & ciuitates  
sodomorum et gomorrhorum in circem re-  
digens euersit damnauit. exemplum  
eorum qui impie acturi sunt ponens &  
iustum loth oppressum & nefandorum  
iniuria ac luxuriosa conuersatione eri-  
puit. Aspectu enim & auditu iustus erat  
habitans apud eos qui de die in die anima  
iustam iniquis operibus cruciabatur. Nouit  
deus piros de tentatione eripere. iniquos uero  
in diem iudicij reseruare cruciandos.  
Magis autem eos qui post carnem in con-  
cupiscentia immundicie ambulat. do-  
minationemque contemnunt. auclaces sibi  
placentes sectas non metuntur introdu-  
cere blasphemantes. Vbi angeli fortitudi-  
ne & uirtute cum sint maiores. non po-  
tunt aduersum se execrabile iudicium.  
Hi uero uelut irrationabilia pecora naturaliter  
in captiorem et in perniciem his que igno-  
rant blasphemantes in corruptione lux-  
pibunt. percipientes mercedem iniusta-  
tie. Voluptatem existimantes diem de-  
litias conuersionis & maculae delictis  
affluentes in conuiujs suis luxuriante  
uobiscum. oculos habentes plenos adul-  
terij & incessabilis delicti pellicientes ani-  
mas instabiles. cor execratum in aux-  
ritia habentes maledictionis filij detuli

quentes rectam uiam errauerunt secu-  
ti uiam balaam ex bosor q mercedem i-  
miquitatis amauit. correptionem uero ha-  
buit sue uesanie. Subiugale mutum i-  
animal in hominis uoce loquens. prohibe-  
re prophete insipientiam. Hi sunt fontes  
sine aqua et nebule turbidibz exagita-  
te qbus caligo tenebrar. reseruat. o  
S upbia enim uanitates loquentes pellicuit  
in desiderijs carnis luxurie col q paulu-  
lum effugiunt. q in errore conuersati i-  
libertatem illis pmutentes cum ipsi ser-  
ui sint corruptionis. A quo enim quis  
supatus est. huius & seruus est. Si enim  
refugientes congnationes mundi in co-  
gnitione domini nostri et saluatoris Je-  
su chr<sup>m</sup> his rursus implicati supantur.  
facta sunt eis posteriora deteriora. pri-  
oribz. Melius enim erat illis non co-  
gnoscere uiam iusticie q post agnitioem  
retrosum conuerti ab eo qd illis tra-  
ditum est sancto mandato. C<sup>o</sup> n<sup>o</sup> tigit  
enim eis illud ueri puerby. Carnis reue-  
sus ad suum uomitum. & sus lota in  
uoluzabro luti.

Anc ecce uobis char<sup>m</sup>  
secundam scribo eptam in  
qbo uram exco in com-  
monitioem sinceram men-  
tem. ut memores sitis cor que predix-  
uerboz a sanctis pphetis & apostolor  
uestrorum pceptorum domini & sal-  
uatoris. Hoc primum scientes q uenient  
in nouissimis diebz in deceptione illuso-  
res proprias concupiscentias ambulantes  
dicentes. Vbi est pmissio aut aduentus

eius. E x quo enim patres dormierunt.  
omnia sic pseuerant ab initio creature.  
Latet enim eos hoc uolentes. q celi erat  
priv & terra de aqua & p aquam con-  
sistens dei uerbo. p que ille tunc mun-  
dus a qua inundatus perijt. Celi aute  
q nunc sunt & terra eodem uerbo repo-  
siti sunt igni seruati in diem iudicij per-  
ditionis impiorum hominum. Num uo  
hoc non latet uos char<sup>m</sup>. qa unus die  
apud dnm sicut mille anni. & mille anj  
sicut dies unus. Non tardat dms pro-  
missioem suam. sicut qdam existimant.  
sed patienter agit pp uos uolens aliquos  
pice. sed omnes ad penitentiam reuer-  
ti. Adueniet autem dies domini ut fur-  
in quo celi magno impetu transient. ele-  
menta uero calore soluent. terra aute  
& que in ipsa sunt opa exurentur. Cum  
igit<sup>r</sup> hec omnia dissoluenda sint quales  
oportet uos esse in sanctis conuersationi-  
bus & pccatibz expectantes & pperan-  
tes in aduentum diei dmi. p quem celi ar-  
dentes soluent. & elementa ignis ardore  
tabescent. Nouos uero celos & nouam  
terram & pmissa ipsius expectamus. in  
qbo iustitia habitat. Propter qd char<sup>m</sup> h<sup>c</sup>  
expectantes. satagite immaculati & in-  
uiolati ei inueniri in pace & domini nri  
lesu chr<sup>m</sup> longanimitatem salutem arbi-  
tramini. sicut & charissimus frater nri  
Paulus secundum datam sibi sapientiam  
scripsit uobis. sicut & in omnibz episto-  
lis. loquens in eis de his in qbo sunt que-  
dam difficilia intellectu. que indocti et  
instabiles deprauant. sicut & ceteras i-  
seripturas ad suam ipsor perditionem. o

Vos igitur fratres prescientibus custodite ne  
insipientium errore transducti excidatis a propria firmitate. Crescite uero in  
gratia & in cognitione domini nostri &  
saluatoris iesu christi. Ipsi gloria & nunc  
& in diem eternitatis. Amen.

*quod dicitur in libro iohannis*  
*quod dicitur in libro iohannis*  
*quod dicitur in libro iohannis*  
*quod dicitur in libro iohannis*  
**ATIONEM V**  
**BI ET Q DEVS**  
ipse sit. charitas ma  
nifestat & susurrone  
fratrum nec deum sci  
re. nec pios fieri posse. eo usq; differat  
ut esse comprobet homicidas eo q; oculi  
sit interfectionis occasio.

*quod dicitur in libro iohannis*  
*quod dicitur in libro iohannis*  
**Q**UOD fuit ab initio  
quod audiuimus. quod ui  
dimus oculis nostris. &  
quod perspeximus & i  
manus nre. contrectauerunt de uerbo  
uite & uita manifestata est & uicim  
et testamur et annuntiamus uobis uita  
eternam que erat apud patrem & appa  
ruit nobis. Quod uicimus et audiuimus  
annuntiamus uobis ut & uos societate  
habeatis nobiscum. et societas nra sit &  
patre & cum filio eius iesu christo. Et  
hec scribimus uobis ut gaudeatis &  
gaudium urum sit plenum. Et hec est  
annuntiatio quam audiuimus ab eo &  
annuntiamus uobis. quoniam deus lux est et  
tenebre in eo non sunt. Si dixeris

quoniam societatem habemus cum eo & in te  
nebris ambulamus mentimur et uerita  
tem non facimus. Si autem in luce am  
bulamus sicut & ipse est in luce. societa  
tem habemus adinuitem & sanguis iesu christi  
filij eius emundat nos ab omni peccato. Si  
dixerimus quoniam peccatum non habemus. ipsi  
nos seducimus. et ueritas in nobis non est.  
Si confiteamur peccata nra fidelis est &  
iustus. ut remittat nobis peccata nostra  
et emundet nos ab omni iniquitate. Si dix  
erimus quoniam non peccauimus mendacem fa  
cimus eum. & uerbum eius non est in nobis.

**I**LLOI mei. hec scribo uobis  
ut non peccetis. Sed & si quis  
peccauerit. aduocatum ha  
bemus apud patrem iesum  
christum iustum. Et ipse est propitiatio pro  
peccatis nris. non pro nris autem tantum. sed  
etiam pro totius mundi. Et in hoc scimus  
quoniam cognouimus eum si mandata eius ob  
seruamus. Quod dicit se nosse deum et ma  
data eius non custodit. mendax est & i  
hoc ueritas non est. Qui autem seruat  
uerbum eius. uere hoc charitas dei perfect  
est. In hoc scimus quoniam in ipso sumus. Qui  
dicit se in christo manere debet. sicut ille  
ambulant & ipse ambulare. Charitas non  
mandatum nouum scribo uobis. sed man  
datum uetus quod habuisti ab initio. Ma  
datum uetus est uerbum quod audistis  
Isterum mandatum nouum scribo uobis.  
quod uerum est & in ipso & in uobis. quod  
tenebre transierunt et uerum lumen  
iam luce. Quod dicit se in luce esse & fra  
trem suum odit. in tenebris est usque



adhuc. Qui diligit fratrem suum in lumine  
manet & scandalum in eo non est. Qui  
autem odit fratrem suum in tenebris est &  
in tenebris ambulat & nescit quo eat. Quia  
tenebre obcecauerunt oculos eius. Scribo  
uobis filioli quoniam remittuntur uobis pecca-  
ta propter nomen eius. Scribo uobis patres quoniam  
cognouistis eum qui ab initio est. Scribo  
uobis adolescentes quoniam uicistis malignis.  
Scribo uobis infantes quoniam cognouistis patres.  
Scribo uobis iuuenes quoniam fortes estis  
& uerbum dei manet in uobis et uicistis  
malignum. Nolite diligere mundum  
neque ea que in mundo sunt. Si quis diligit  
mundum non est charitas patris in eo.  
Quoniam omne quod est in mundo concupi-  
scentia carnis est & concupiscentia ocu-  
lorum & superbia uitae que non est ex pre-  
sente sed ex mundo. Et mundus transit & co-  
cupiscentia eius. Quae uero facit uoluntatem  
dei manet in eternum. Filioli nouissima  
hora est. Et sicut audistis quia antichri-  
stus uenit. nunc antichristi multi facti sunt.  
Unde scimus quia nouissima hora est. Ex no-  
bis prodierunt sed non erant ex nobis.  
Nam si fuissent ex nobis permansissent usque  
nobiscum. Sed ut manifesti sunt quoniam non  
sunt omnes ex nobis. Sed uos unctionem  
habetis a sancto & nostis omnia. Non  
scripsi uobis quasi ignorantibus ueritatem  
sed quasi ignorantibus ueritatem sed quasi  
scientibus eam et quoniam omne mendacium  
ex ueritate non est. Quis est mendax  
nisi ille qui negat quoniam Iesus non est  
christus. Hic est antichristus qui negat pa-  
trem & filium. Omnis qui negat filium  
nec patrem habet qui confitetur filium &

patrem habet. Vos quod audistis ab initio in  
uobis permansit quia si in uobis permane-  
rit quod audistis ab initio & uos in filio &  
patre manebitis. Et haec est promissio quas  
ipse pollicitus est nobis uitam eternam.  
Haec scripsi uobis de his qui seducunt uos. Et  
uos unctionem quam accepistis ab eo ma-  
neat in uobis. Et non necesse habetis ut  
aliquis doceat uos sed sicut unctio eius do-  
cet uos de omnibus. Et uerum est & non  
est mendacium. Et sicut docuit uos ma-  
nere in eo. Et nunc filioli manete in eo ut  
cum apparuerit habeamus fiduciam et non  
confundamur ab eo in aduentu eius. Si  
scitis quoniam iustus est scitote quoniam et  
omnis qui facit iustitiam ex ipso natus est.

Idete qualem charitatem  
dedit nobis pater ut filij  
dei nominemur et simus.

Propter hoc mundus non  
nouit nos quia non nouit eum. Charitas  
nunc filij dei sumus et non dum appa-  
ruit quod erimus. Scimus quoniam cum ap-  
paruerit similes ei erimus quoniam ui-  
debimus eum sicut est. Et omnis qui habet  
hanc spem in eo sanctificat se sicut & il-  
le sanctus est. Omnis qui facit peccatum et  
iniquitatem facit. Et peccatum est iniquitas.  
Et scitis quia ille apparuit ut peccata tollere  
et peccatum in eo non est. Omnis qui  
in eo manet non peccat. Et omnis qui pec-  
cat non uidit eum nec cognouit eum.  
Filioli nemo uos seducat. Qui facit iusti-  
tiam iustus est sicut & ille iustus est. Qui  
facit peccatum ex diabolo est quoniam ab in-  
itio diabolus peccat. In hoc apparuit filius

dei ut dissoluat opera dyaboli. Omnis  
q. natus ex deo peccatum non facit. qm  
am semen ipsius in eo manet. et non pot  
peccare. quoniam ex deo natus est. In  
hoc manifesti sunt filij dei & filij dyabo  
li. Omnis q. non est iustus. non est ex  
deo. & q. non diligit fratrem suum. Quo  
nam hec est annuntiatio quam audistis  
ab initio ut diligatis alterutrum. Non sicut  
Cayn q. ex maligno erat. et occidit fratrem  
suum. Et propter quid occidit eum. Quo  
nam opera eius maligna erant. fratris  
autem iusta eius. Nolite mirari fratres si occi  
dit uos mundus. Nos scimus quoniam trans  
lati sumus de morte ad uitam. qm dili  
gimus fratres. Qui non diligit. manet in  
morte. Omnis q. occidit fratrem suum homici  
da non habet uitam. eternam in se manentes.  
I n hoc cognouimus charitatem dei. qm il  
le animam suam pro nobis posuit. et nos  
debemus pro fratre ponere animam. Qui  
habuerit substantiam huius mundi. et uide  
rit fratrem suum necesse habere. & cla  
userit uiscera sua ab eo. quomodo charitas  
dei manet in eo. filij mei non diligam  
uero neq. lingua. sed ope et ueritate. In  
hoc cognouimus qm ex ueritate sumus  
et in conspectu eius suadebimus corda  
nostra. Qm si reprehenderit nos cor nostrum  
maior est deus corde nostro. & nouit oia.  
C haritas si cor nostrum non reprehenderit nos.  
fiduciam habemus ad deum. et quicquid  
petierimus accipiemus ab eo. qm manda  
ta eius custodimus. et ea que sunt pla  
cata coram eo facimus. Et hec est manda  
tum eius ut credamus in nomine filij eius

iesu christo et diligamus alterutrum sicut  
dedit mandatum nobis. Et qui seruat ma  
data eius in illo manet. et ipse in eo. Et in  
hoc scimus. qm manet in nobis de spiritu que  
dedit nobis.

Charissimi nolite omni o  
spiritu credere. sed proba  
te spiritus si ex deo sint. qm  
multi pseudo prophete  
exierunt in mundum. In hoc cognoscit  
spiritus dei. Omnis spiritus qui confitetur iesu  
christo in carne uenisse ex deo est. Et o  
mnis spiritus qui soluit iesum. ex deo non est  
et hic est antichristus de quo audistis  
qm uenit. et nunc iam in mundo est. Vos  
ex deo estis filij & uicistis eum.  
qm maior est qui in uobis est. qm qui in  
mundo. Ipsi de mundo sunt. ideo de  
mundo loquuntur. et mundus eos audit.  
Nos ex deo sumus. Qui nouit deum audit  
nos qui non est ex deo non audit nos. In  
hoc cognoscimus spiritum ueritatis et spiritum  
erroris. Charissimi diligamus nos inuicem.  
quia charitas ex deo est. Et omnis qui dili  
git fratrem suum ex deo natus est. et cogno  
scit deum. Qui non diligit. non nouit deum.  
qm deus charitas est. In hoc apparuit cha  
ritas dei in nobis. qm filium suum unige  
nitum misit deus in mundum. ut uiuamus pro  
pter eum. In hoc est charitas. non quasi nos dilexerit  
deum. sed qm ipse prior dilexit nos  
et nos debemus misit filium suum pro  
pitationem pro peccatis nostris. Charissimi si  
deus dilexit nos. et nos debemus alterutrum  
diligere. Deum nemo uidit unquam. Si di  
ligamus inuicem deus in nobis manet

et charitas eius in nobis perfecta est. In  
hoc cognoscimus qm̄ in eo manemus & ip̄e  
in nobis. qm̄ de spiritu sancto suo dedit i  
nobis. Et nos uidimus & testificamur. q̄  
nam p̄r̄ misit filium suum saluatorem  
mundi. Quisquis confessus fuerit quonia  
Iesus est filius dei. deus in eo manet. et ip̄e  
in deo. Et nos cognouimus et credimus i  
charitati quam habet d̄s in nobis. Deus ch  
ritas est. et q̄ manet in charitate in deo m̄  
n̄e. et d̄s in eo. In hoc p̄fecta est charitas  
dei nobiscum. ut fiduciam habeamus in i  
die iudicii. q̄a sicut ille est. & nos sumus  
in hoc mundo. Timor non est in charita  
te. sed p̄fecta charitas foras mittit timo  
rem. quoniam timor poenam h̄t. Qui t̄  
timet non est p̄fectus in charitate. No  
ergo diligamus deum. qm̄ d̄s prior di  
lexit nos. Siquis dixerit quoniam di  
ligo deum et fr̄em suum odierit. mendax  
est. Qui enim non diligit fr̄em suum qm̄  
uidit deum quem non uidit. quomodo  
potest diligere. Et hoc mandatum ha  
bemus a deo. ut q̄ diligit deum. diliga  
et fratrem suum.

Am̄s q̄ credit qm̄ Iesus  
est chr̄s. ex deo natus ē.  
Et om̄s q̄ diligit eum.  
q̄ genuit. diligit et eum  
qui natus est ex deo. In hoc cognoscimus  
qm̄ diligimus natos dei cum deum dili  
gamus. et mandata eius faciamus. hec  
enim charitas dei ut mandata eius custo  
diamus. et mandata eius graua non s̄t.  
Qm̄ om̄ne quod natum est ex deo. uincit  
mundum. et hec est uictoria que uin

cit mundum. fides n̄ra. Quis est autē  
q̄ uincit mundum. nisi qui credit qm̄  
Iesus est filius dei. Hic est q̄ uenit per  
aquam et sanguinem Iesus chr̄s. No  
in aqua solum sed in aqua & sanguine.  
Et sp̄s est q̄ testificatur. qm̄ chr̄s est  
ueritas. Qm̄ tres sunt q̄ testimonium  
dant in celo. pater. uerbum. & sp̄s sanct̄  
et hi tres unum sunt. Et tres sunt qui  
testimonium dant in terra. sp̄s aqua et  
sanguis. et hi tres unum sunt. Si testim  
onium hominum accipimus. testimonium  
dei maius est. qm̄ testificatus est de fi  
lio suo. Qui credit in filium dei. h̄t testi  
monium dei in se. Qui non credit filio.  
mendacem facit eum. q̄a non credit in  
testimonio qd̄ testificatus est d̄s de filio  
suo. Et hec est testimonium. qm̄ uitam  
eternam dedit nobis deus. & hec uita  
in filio eius est. Qui h̄t filium dei h̄t uitam  
q̄ non habet filium dei. uitam non habet.  
Hec scribo uobis ut sciat̄s qm̄ uitam  
habet̄s. eternam. q̄ credit̄s in nomine fi  
lij dei. Et hec est fiducia quam habem̄  
ad deum. q̄a quodcumq̄ petierimus sc̄d̄  
dum uoluntatem eius audit nos. Et sc̄m̄  
quia audit nos. quicquid petierimus. Sc̄  
mus qm̄ habemus petitiones quas postula  
mus ab eo. Qui sc̄it fr̄em suum peccare. i  
peccatum non ad mortem. petat & da  
bitur ei uita peccanti non ad mortem.  
est peccatum ad mortem. non p̄ illo dico  
ut roget. quis. Omnis iniquas peccatum  
est. & est peccatum ad mortem. Sc̄m̄  
q̄a om̄s qui natus est ex deo. non pec  
cat. sed generatio dei conseruat eum. &  
malignus non tanḡt eum. Sc̄m̄ qm̄

ex deo sumus. & mundus totus in ma-  
ligno positus est. Et scimus qm̄ filius dī  
uenit & dedit nobis sensum ut cognos-  
camus deum uerē. & simul in uero filio  
eius. hic est uerus dīs et uita eterna.  
Filioli custodite uos a simulacris.

**SQVE ADEO AD**  
sanctam sceminam scri-  
bit ut eandem dominā  
non dubitet litteris ap-  
pellare. eiusdemq; filij testimonium qd  
ambulent in ueritate phibet

**ENIOR** electe domine  
et natus est quos ego dili-  
go in ueritate. et non ego  
solus sed et omnes q; cognou-  
erunt ueritatem. pp̄ ueritatem que per-  
manet in uobis. & uobiscum erit in eter-  
num. Sit uobiscum grā misericordia pax  
a deo patre. & a chr̄o jcs̄o filio p̄ris in  
ueritate. et charitate. Gauisus sum ual-  
de. qm̄ inueni de filiis tuis ambulante  
in ueritate. sicut mandatum accepimus  
a patre. Et nunc rogo te domina non  
tanq̄ mandatum nouum scribens tibi. si  
q̄d habuimus ab initio. ut diligamus al-  
terutro. Hec est charitas ut ambule-  
mus secundum mandata eius. hec enim  
est mandatum. ut quemadmodum au-  
distis ab initio in eo ambuletis. qm̄ mul-

ti seductores exierunt in mundum. q;  
non consentunt jcs̄o chr̄o uenisse in  
carne. hic est seductor et antichristus.  
Videte uosmetipsos ne pdatis que opa-  
ti estis. sed ut mercedem plenam accipi-  
tis. Omnis qui recedit & non p̄manet ī  
doctrina chr̄o deum non h̄t. Q; per-  
manet in doctrina. hic p̄m̄ et filium  
h̄t. Siquis uenit ad uos et hanc doctrinā  
non affert. nolite recipere eum in do-  
mum. nec aue ei dixeritis. Q; enim dicit  
illi aue. cōicat operibus eius in malignis.  
Ecce p̄dixi uobis ut in die dñi non  
confundamini. Plura habens uobis scribe-  
nolui per chartam et atramentum. Spero  
enim me futurē apud uos. et os ad os lo-  
qui. ut gaudium ur̄m plenum sit. Salu-  
tant te filij sororis tue electe.

**AIVM** pietatis causa  
extollit. atq; ut in ipsa  
pietate maneat. exhorta-  
tur. Diotrephem impieta-  
tis & superbie causa obiurgat. Deme-  
trio autem bonum testimonium phibet  
cum fratrib; uniuersis.

**ENIOT** G. aio char-  
quem ego diligo in ueri-  
tate. Charissime de om-  
nibus orationem facio. p̄p̄e  
te ingredi et ualere. sicut prospere agit

anima tua. Gaudius sum ualde uenien-  
tibus fratribus et testimonium phibentibus  
ueritati tue sicut tu in ueritate ambulas.  
M aiores hanc non habeo gratiam. q̄ ut audiat  
filios meos in ueritate ambulare. Charitas  
fideliter facit quicquid operis in fratres  
et hoc in peregrinos q̄ testimonium reddi-  
derunt charitati tue in conspectu ecclesie.  
quos beneficiis deducens digne deo. Pro  
nomine enim eius profecti sunt. nihil accip-  
entes a gentibus. Nos ergo debemus susci-  
pere huiusmodi ut cooperatores simus ue-  
ritatis. Scripsissen forsan ecclesie. sed is  
q̄ amat primatum gerere in eis diotrese  
non recepit nos. Propter hoc si uenero co-  
moneam eius opera que facit. uerbis ma-  
lignis garruens in nos. Et quasi non ei ista  
sufficiant. neq̄ ipse suscipit fratres. et eos  
q̄ suscipiunt phibet et de ecclesia eicit. I  
C haritas noli imitari malum. sed q̄d bonum  
est. Quod bene facit. ex deo est. q̄ male facit  
non uidet deum. Demetrio testimonium  
redditur ab omnibus et ab ipsa ueritate.  
sed et nos testimonium phibemus. et no-  
sti q̄m testimonium nrm̄ uere est. Multi-  
ta habui tibi scribere. sed nolui p̄ atrame-  
tum et calamum scribere tibi. Spero autē  
prius te uidere. & os ad os loquere.  
P ax tibi. Salutant te amici. Saluta. tv̄ am-  
icos nominatum.

VDAS APOSTO-  
lus fratres de corrupto  
ribus uix ueritatis ita in-  
format. ut illicitum esse  
differere de sub iugo semel erutes ser-  
uitutis denuo operam suam officis nou-  
re seculibus.

VDAS Jesu ch̄i serui.  
frater autem iacobi. his  
q̄ sunt in deo patre dilec-  
tis & ch̄i ieh̄ confer-  
uatis et uocatis. Misericordia uobis &  
pax et charitas adimpleatur. Charissimi  
omnem sollicitudinem faciens scribendi  
uobis de communi ur̄a salute. necesse i-  
habui scribere uobis. deprecans superer-  
tari semel tradite sanctis fidei. Subint̄  
ierunt enim quidam homines. q̄ olim p̄scep-  
ti sunt in hoc iudicium impij domi nr̄i  
gram transferentes in luxuriam. & solū  
dominatoreis. et dñm nr̄m Jesum ch̄m  
negantes. Commoneo autem uos uolo  
scientes semel omnia q̄m Iesus populi  
de terra. egypti saluās. secundo eos q̄ nō  
crediderunt perdidit. Angelos uero qui  
non seruauerunt suum principatum. sed  
dereliquerunt suum domicilium. in iud-  
cium magni dei uinculis eternis sub ex-  
ligine seruauit. Sicut sodoma et go-  
morra & finitane. ciuitates simili modo  
ex fornicate. et abeuntes post carnem al-  
teram facti sunt exemplum ignis eter-  
ni p̄nam sustinentes. Similiter & hi ex-  
nem quidem maculant. dñationem autem  
sp̄nunt. maiestatem autem blasphemant.

Cum Michael archangelus cum diabolo  
disputans alterearetur de Moyfi corpore  
non est ausus iudicium inferre blasphemus  
sed dixit. Imperet tibi deus. Hi autem qui  
cum quidem ignorant blasphemant que  
cumque autem naturaliter tanquam muta anim  
lia norunt in his corrumpunt. Ne illis  
qui in uia cayn abierunt & errore Balaam  
mercede effusi sunt et in contradictione  
choire abierunt. Hi sunt in epulis suis  
macule conuiuantes sine timore semet  
ipsos pascentes nubes sine aqua que a ue  
tis circumferuntur arbores autumnales in  
fructuose bis mortue eradicat fluctu  
feri maris despumantes suas confusiones  
sidera errantia quibus procella tenebrarum  
seruata est in eternum. Prophetant  
autem et de his septimus ab Adam. Erat  
dicens. Ecce uenit dominus in sanctis  
in milibus suis facere iudicium contra omnes  
et arguere omnes impios de omnibus ope  
ribus impietatis eorum quibus impte o  
egerunt. & de omnibus duris que lo  
cuti sunt contra deum peccatores impii.

Hi sunt murmuratores querulosi secun  
dum desideria sua ambulantes & de eor  
um loquuntur superbiam mirantes persona  
questus eam. Vos autem charissimi  
memores estote uerborum que predic  
ta sunt ab apostolis domini nostri Iesu Christi qui  
dicebant uobis. quoniam in nouissimis tempo  
ribus uenient illusores secundum deside  
ria sua ambulantes in impietatibus. Hi sunt  
qui segregant semetipsos. animales spiritum  
non habentes. Vos autem charissimi superchi  
ficantes uosmetipsos sanctissimi. nostre fi  
dei in spiritu sancto orantes uosmetipsos

in dilectione dei seruare expectantes mi  
sericordiam domini nostri Iesu Christi in uita  
eterna. Et hos quidem arguite iudicatis  
illos uero saluate de igne rapientes. Aliis  
autem miseremini in timore edicentes et ea  
que carnalis est maculatam tunicam. Et  
autem qui potens est uos conseruare sine pe  
ccato et constituere ante conspectum glorie  
sue immaculatos in exultatione in adue  
tu domini nostri Iesu Christi soli deo salua  
tori nostro per Iesum Christum dominum no  
strum gloria magnificentia imperium et  
potestas ante omnia secula & nunc &  
in omnia secula seculorum. Amen.

#### MINES QUI PIE

uolunt uiuere in Christo  
sicut ait apostolus persequi  
tionem patientur uix  
illud. Fili accedens  
ad seruitutem dei sta in timore & prepa  
ra animam tuam ad tentationem. Tentatio  
namque est uita hominis super terram. Ne  
autem fideles deficient in his consolatur  
eos dominus atque confirmat dicens. Vobis  
cum sum usque ad consumationem seculi et  
nolite timere pusillus grex. Propterea uide  
ris deus pro tribulationes quas passura  
erat ecclesia ab apostolis fundata supra petram  
Christum. ut minus timeantur disposuit in  
cum filio & spiritu sancto eas reuelare. Re  
uelauit autem tota trinitas Christum secun  
dum humanitatem. Christus uero Iohanni  
per angelum Iohannes ecclesie de qua re

uelatiōe hunc librum composuit. Unde &  
liber iste apocalypsis dicitur id est reuelatio.  
quia h̄s continent que d̄s reuelauit Jo-  
hanni. et Iohannes. ecclesie. quia scilicet eccle-  
lesia passā sit in tempore primitiuo. &  
nunc patiat in nouissimis temporibus an-  
tichristi passura sit quā tanta erit tribula-  
tio. ut si fieri etiam potest moueantur elō  
E que p̄ his et nunc & in futuro premia  
sit susceptura ut quos denuntiata suppli-  
cia terrent. promissa premia letificent. I-  
deo iste liber inter reliquas scripturas no-  
ui testamenti prophetie nomine censetur. que  
alijs est excellentior prophetis. Sicut enim  
nouum testamentum prestat ueteri. eu-  
gelium legi. ita hęc prophetia prophetis ue-  
teris testamenti. quia de christo & ecclesia ma-  
gna ex parte iam adimpleta sacra denun-  
tiat. Vel etiam ideo quia cum alijs unipha-  
sia. isti tripharia data. ē. prophetia simul. s-  
preterito & presenti et futuro. Ad cuius  
confirmandam auctoritatem occurrit et  
auctoritas mittentis de ferentis et accipi-  
entis. Mittentis. s. trinitatis. & deferen-  
tis. s. angeli. et accipientis. s. Iohannis. I-  
C um autem Iohanni hęc in uisione fuerūt  
reuelata. et sint tria genera uisionum sub  
quo genere contineat uidendum est. Vi-  
sio enim alia corporalis. quā s̄ corpora-  
libus oculis aliquid uidemus. Alia spūali  
seu imaginaria quā uidelicet dormientes  
ut uigilantes unagines rerum cernimus qu-  
bus aliquid significatur. sicut uidit Pharaō  
spicas. & Moyses rubum ardere. ille. i.  
dormiens iste uigilans. Alia intellectu-  
alis. quā uidelicet spūsancto reuelante in-  
tellectui mentis ueritatem mysteriorum

sicut est capimus quomodo uidit Iohā-  
nes que in hoc libro referunt. Non enim  
figuram tantum spiritum uidit. sed eam signi-  
ficata mente intellexit. Vidit autem  
Iohannes et scripsit in pathmos insula re-  
legatus a domitiano in exilio principe  
impulsissimo. hac enim ad scribendum co-  
pellente. cā. quia dum exul teneretur a  
domitiano in pathmos insula in ecclesie  
quibus peccerat multa pulularunt atque  
inoleuerunt uitia atque diuerse hereses.  
Erant enim quidam heretici ibi dicentes. o-  
christum non fuisse ante Mariam. quate-  
nusaliter de ea natus erat. quos Iohannes  
in principio euangelij sui redarguit di-  
cens. In principio erat uerbum. Et in  
hoc libro cum dicit Alpha et Omega id est  
principium et finis. Dicebant etiam  
quidam ecclesiam pondere tribulatio-  
num ante finem seculi desitutam. &  
pro labore non premium eternum su-  
scepturam. Horum ergo errores uolens  
destruere Iohannes ostendit christum prin-  
cipium esse & finem. Unde Esaias ho-  
me non est formatus deus. & post me  
non erit. Et ecclesiam per exercituum  
tribulationum non desinere. sed proficere.  
& p̄ his brauium eternum recipere. Scri-  
bit autem Iohannes septem ecclesijs Asię  
et earum septem episcopis de predictis  
instruens. & per eam totam generalem  
ecclesiam docens. Est itaque materia Jo-  
hannis in hoc opere status specialiter ad  
ecclesiam necnon et totius uidelicet que in  
presentia patitur. & in futuro receptu-  
ra sit. Intentio uero eius est monere ad  
patientiam que seruanda ē. tum quia

breuis labor: tum q̄a p̄m̄ium magnū  
 M̄odus tractandi talis: primo p̄mittit <sup>conuocatis</sup>  
 p̄logum & salutationem ubi reddit au  
 ditores benignos & attentos. quo p̄  
 misso accedit ad narrationem. Antea  
 narrationem uero ostendit ch̄m̄ esse ab  
 eterno sine principio et sine fine induens  
 ipsum loquentem: Ego sum Alpha &  
 ω idest principium & finis. Postea ac  
 cedens ad narrationem distinguit sep  
 tem uisiones: q̄b̄ terminatis iste liber  
 consumat̄. P̄mittit autem p̄logum  
 dicens: Apocalypsis Iesu ch̄m̄. subau  
 dis hic est: sicut in alijs uisio Et̄ne h̄  
 est: & parabole Salomonis sunt hic.

**I**OHANNES aposto  
 lus & euangelista &  
 christo electus atque  
 dilectus. in tanto amo  
 re dilectionis uberior  
 habitus est: ut in coena supra pectus e  
 ius recumberet. & ad crucem astanti so  
 li matrem propriam commendasset: ut  
 quem nubere uolentem ad amplexum  
 uirginitatis asseuerat: ipsi etiam custodi  
 endam uirginem tradidisset. Hic itaq̄  
 cum p̄p̄ uerbum dei & testimonium Je  
 su ch̄m̄ in pathmos insulam sortiret̄  
 exilium illic ab eodem apocalypsis p̄e  
 ostensa describitur: ut sicut in princi  
 pio canonis idest libri genesis incorru  
 tibile principium p̄notat̄: ita etiā in  
 corruptibilis finis per uirginem in apoca  
 lypsi redderetur dicens: Ego sum alpha  
 et ω initium & finis. Hic est Iohannes

q̄ sciens superuenisse sibi diem egressioni  
 de corpore in epheso discipulis descendi  
 in desolatum sepulture sue locum. orone  
 q̄ completa reddidit sp̄m̄. tam a dolore  
 mortis factus extraneus. q̄ a corruptice  
 carnis noscit̄ alienus. Cuius tamen o  
 scripture dispositio. ut libri ordinatio: i  
 ideo a nobis per singula non exponitur  
 ut nescientibus ingredi desiderium col  
 locet̄ et querentibus laboris fructus et de  
 magisterij doctrina seruet̄.

**A**POCALYPSI Iohani  
 tot habet sacramen  
 ta quot uerba. Pax  
 dixi. & pro merito uo  
 luminibus laus omnis  
 inferior est. o. In uerbis singulis multi  
 plices latent intelligentie.



POCALYP  
SIS IESVI  
chr<sup>m</sup> quam  
dedit illi d<sup>s</sup>  
palam facere  
seruis suis q<sup>i</sup>  
oportet fieri  
cito & si

gnificauit mittens p angelum suum ser-  
uo suo johanni q testimonium p<sup>o</sup>hibuit ve-  
bo dei & testimonium iesu chr<sup>m</sup> quiccu-  
que uidit Beatus q legit & audit uer-  
ba p<sup>o</sup>phetie huius & seruat ea que in ex-  
scripta sunt. Tempus enim quippe est Jo-  
hannes septem ecclesijs que sunt in Asia.  
G<sup>r</sup>atia uobis et pax ab eo q est & q erat &  
q uenturus est. & a septem spiritibus qui  
in conspectu throni eius sunt. & a iesu chr<sup>m</sup>  
qui est testis fidel<sup>u</sup> primogenitus mortuo-  
rum et princeps regum terre q dilexit  
nos & lauit nos a peccatis n<sup>ost</sup>ris in sangui-  
ne suo. & fecit nos regnum & sacerdo-  
tes deo et patri suo. Ipsi gloria et impe-  
rium in secula seculor<sup>u</sup> Amen. Ecce v-

uenit cum nubibus. & uidebit eum om-  
nis oculus. & q eum pupugerunt. Et i-  
plangent se sup eum omnes tribus terre  
etiam Amen. Ego sum alpha et o prin-  
cipium et finis dicit d<sup>s</sup> d<sup>s</sup> qui est &  
q erat & qui uenturus est omnipotens.  
Ego iohannes frater uester & particeps  
in tribulatione & regno & patientia.  
in iesu chr<sup>m</sup>. fui in insula que appella-  
tur pathmos propter uerbum dei & te-  
stimonium iesu. Fui in spiritu in domini-  
ca die. & audiu post me uocem magna  
tanq<sup>m</sup> tube dicentis. Quod uidet scribe in  
libro. & mitte septem ecclesijs que sunt  
in Asia Epheso & smyrne & pergamo &  
thiatyre & sardis & philadelphie & i-  
laodicie. Et conuersus sum ut uiderem  
uocem que loquebat<sup>u</sup> mecum. Et conue-  
sus uidi septem candelabra aurea & in  
medio septem candelabror<sup>u</sup> aureorum  
similem filio hominis uestitum postede-  
& p<sup>o</sup>cinetum ad mammillas zona aure.  
Caput autem eius & capilli erant cand-  
di tanq<sup>m</sup> lana alba et tanq<sup>m</sup> nix. Et oculi

cuius uelut flamma ignis. & pedes eius si-  
miles auricalco. sicut in camino ardenti. Et  
uox illius tanquam uox aquarum multarum.  
& habebat in dextera sua stellas septem.  
Et ex ore eius gladius utraque parte acutus  
exibat. & facies eius sicut sol lucet in  
uirtute sua. Et cum uidissem eum cecidi  
ad pedes eius tanquam mortuus. Et posuit  
dexteram suam super me dicens. Noli ti-  
mere. Ego sum primus & nouissimus et  
uiuus & fui mortuus. et ecce sum uiuus  
in secula seculorum. Et habeo clauem mortis  
et inferni. Scribe ergo que uidisti & que  
sunt & que oportet fieri post hec. Sa-  
cramentum septem stellarum quas uidisti  
in dextera mea. & septem candelabra  
aurea. Septem stelle. angeli sunt septem  
ecclesiarum. & candelabra septem. septem  
ecclesie sunt.

T angelo ephesti ecclesie  
scribe. hec dicit qui tenet  
septem stellas in dextera  
sua. qui ambulat in medio  
septem candelabrorum aureorum. Scio opera  
tua et laborem et patientiam tuam. & que  
non potes sustinere malos. Et tentasti eos  
qui se dicunt apostolos esse & non sunt. & in-  
uenisti eos mendaces. Et patientiam ha-  
bes & sustinisti propter nomen meum. & non  
defecisti. Sed habeo aduersum te in  
pauca. quia charitatem tuam primam reli-  
quisti. Memor esto itaque unde cecidisti  
& age poenitentiam. et prima opera fac.  
Si autem uenio tibi & mouebo cande-  
labrum tuum de loco suo. nisi poenitentiam  
egeris. Sed hec habes quia oculisti.

facta nicholaitarum. que et ego oculi. Qui  
habet aurem audiat. quod spiritus dicit ecclesiis.  
Vincenti dabo edere de ligno uitae. quod est  
in paradiso dei mei. Et angelo symyrne. ecclesie  
scribe. Hec dicit primus et nouissimus. qui  
fuit mortuus et uiuit. Scio tribulationem tuam  
et paupertatem tuam. sed diues es et blasphematis  
ab his qui se dicunt iudeos esse & non sunt. sed  
sunt synagoga sathane. Huiusmodi horum timeas  
que passurus es. Ecce missurus est diabolus  
aliquos ex uobis in carcerem. ut teneamini.  
& habebitis tribulationem diebus decem.  
Esto fidelis usque ad mortem. & dabo tibi  
coronam uitae. Qui habet aurem audiat. quod  
spiritus dicit ecclesiis. Qui uincit non  
ledetur a morte secunda. Et angelo pergamini.  
ecclesie scribe. Hec dicit qui habet rursam  
ex utraque parte acutam. Scio ubi habitas.  
ubi sedes est sathane. & teneas nomen meum.  
& non negasti fidem meam. et in diebus illis  
antiphias testis meus fidelis qui occisus est  
in apud uos ubi sathanas habitat. Sed habeo  
aduersus te pauca. quia habes illic tenentes  
doctrinam Balaam qui docebat Balac mittere  
scandalum coram filiis israel. edere & fornicari.  
ita habes. et tu tenentes doctrinam nicholaitarum.  
similiter. poenitentiam age. si quo minus ueniam  
tibi erit & pugnabo cum illis in gladio  
oris mei. Qui habet aurem audiat. quod spiritus  
dicit ecclesiis. Vincenti dabo manna absconditum  
& dabo illi calculum candidum. & in calculo  
nomen nouum scriptum. quod nemo scit. nisi qui  
accipit. Et angelo thiatyre ecclesie scribe. Hec dicit

filius dei q̄ h̄t̄ oculos tanq̄ flammam i  
ignis. et pedes eius similes auricalcho. No  
uī opa tua et fidem et charitatem & my  
sterium & patientiam tuam. et opa tua  
nouissima p̄b̄ priorib̄. Sed h̄c̄o aduer  
sus te pauca. q̄a permittis mulierem Iza  
zabel que se dicit p̄ph̄et̄e docere & sedu  
cere seruos meos fornicari & manduca  
re de idolatriis. Et dedi illi tempus ut  
poenitentiam ageret. & non uult poeni  
tere a fornicatione sua. Ecce ego mitto  
eam in lectum et q̄ mechant̄ cum ea in  
tribulatione maxima erunt. nisi poeni  
tentiam ab operib̄ suis egerint. et filio  
eius interficiam in mortem. & scient om  
nes eccl̄ie. q̄a ego sum scrutans renes &  
corda. & dabo unicuiq̄ uīm secundū  
opa sua. Vobis autem dico & ceteris q̄  
thiatyre estis q̄cunq̄ non habent doctri  
nam hanc. et q̄ non cognouerunt altitu  
dinem sathane quemadmodum dicunt  
non mittam sup̄ uos aliud pondus. Tam  
id q̄d̄ habetis tenete donec ueniam. Et  
q̄ uicerit & custodierit usq̄ in finem. i  
opera mea. dabo illi potestatem super  
gentes. & reḡet eas in uirga ferrea. &  
tanq̄ uas figuli confringentur. sicut et  
ego accepi a patre meo. & dabo illi stel  
lam matutinam. Q̄. habet aurem audiat  
quid sp̄s dicat. ecclesijs.

T angelo eccl̄ie sardis scri  
be. h̄c̄e dicit q̄ h̄t̄ septem  
spiritus dei. & septem stel  
las. Scio opera tua. q̄a no  
men habes q̄ uiuus et mortuus es. Esto  
uigilans et confirma cetera que morj

tura erant. Non enim inuenio opera  
tua plena coram deo meo. In mente ergo  
habe qualiter acceperis & audieris et ser  
ua et poenitentiam age. Si ergo non uigi  
laueris ueniam ad te tanq̄ fur & nescie  
qua hora ueniam ad te. Sed habes pauca  
nomina in sardis q̄ non ingnauerunt ue  
stimenta sua. et ambulabunt mecum in  
albis q̄a digni sunt. Quicrit sic uestie  
tur uestimentis albis & non delebo no  
men eius de libro uitae. et confitebor  
nomen eius coram patre meo & coram  
angelis eius. Qui habet aurem audiat q̄  
spiritus dicat. ecclesijs. Et angelo philade  
phie eccl̄ie scribe. h̄c̄e dicit sanctus et  
uerus q̄ habet clauem Dauid. q̄ ap̄rit &  
nemo claudit. claudit et nemo aperit.  
Scio opa tua. Ecce dedi coram te ostiū  
apertum q̄d̄ nemo potest claudere. q̄a  
modicam habes uirtutem. & seruasti uer  
bum meum. & non negasti nomen meum.  
Ecce dabo de synagoga sathane q̄ dicit  
se iudeos esse & non sunt. sed mentiūt̄.  
Ecce faciam illos ut ueniant & adoret̄  
ante pedes tuos. & scient q̄a ego dilexi  
te. Quoniam seruasti uerbum patientiae  
meae. & ego seruabo te ab hora tentatio  
nis que uentura est in orbem uniuersum  
tentare habitantes in terra. Ecce uenio i  
cito. Tene q̄d̄ habes ut nemo accipiat co  
ronam tuam. Quicrit faciam illum co  
lumnā in templo dei mei. & foras non  
egredietur amplius. Et scribam super  
eum nomen dei mei. & nomen ciuitatis  
dei mei noue hier̄im que descendit de  
celo a deo meo. & nomen meum nouū.  
Qui habet aurem audiat. q̄d̄ spiritus dī

cat eccles. Et angelo loquitur ecclesie  
scribe. Hec dicit Amen testis fidelis et  
uetus q est principium creature dei. i  
S cio opa tua quia neq frigidus es neque  
calidus. Veniam frigidus es aut cali  
dus. Sed q tepidus es & nec frigidus  
nec calidus. incipiam te euomere ex ore  
meo qa dicit q diues sum et locupleta  
tus & nullus ego & nescis q tu es i  
miser & miserabilis et pauper & cecus  
et nudus. Suadeo tibi cinere a me au  
rum ignitum pbatum ut locuplex fias  
& uestimentis albis induaris ut non ap  
pareat confusio nuditatis tue & colly  
rio unget oculos tuos ut uideas. Ego  
quos amo argo et castigo. Emulat ergo  
et poenitentiam age. Ecce sto ad i  
ostium & pulso. Siquis audierit uocem  
meam et apparuerit unquam. introibo  
ad illum et coenabo cum illo & ipse me  
cum. Qui uiderit dabo ei sedere mecum  
in throno meo. sicut & ego uici & sedi  
cum patre meo in throno eius. Q habet  
aurim audiatur qd sps dicit. ecclesys.

Ost hęc uidi & ecce osti  
um apertum in celo &  
uox prima quam audiu  
tanq tube loquentis me  
cum dicens. Ascende huc & ostenda  
tibi que oportet fieri cito. Post hęc sta  
tum fui in spiritu. Et ecce sedes posita  
erat in celo & supra sedem sedens. Et  
q sedebat similis erat aspectui lapidis  
iaspidis et sardinis. Et uis erat in circui  
tu sedis similis uisioni sinagdgino. Et  
in circuitu sedis sedilia uiginti quattuor

seniores sedentes circuiamidi uestimentis  
albis et in capitibus eorum coronas aureas. i  
Et de throno pcedebant fulgora & uo  
ces et tonitrua. et septem lampades arde  
tes ante thronum. que sunt sps dei. Et  
in conspectu sedis tanq mare uitreum si  
mle crystallo. & in medio sedis et in cir  
cuiu sedis quattuor animalia plena ocu  
lis ante & retro. Et animal primum si  
mle leoni. et secundum simile uitulo. e  
tertium animal habens faciem quasi hois  
et quartum animal simile aqle uolanti.  
Et quattuor animalia singula eorum ha  
bebant alas senas. et in circuitu. & intus  
plena sunt oculis & utqem non habebant  
die ac nocte dicentia. sanctus s̄s sanctus  
dominus ds omnipotens. q erat & qui e  
& qui uenturus est. Et cum darent illa  
animalia gloriam et honorem et benedic  
tionem sedenti sup thronum uiuenti in se  
cula seculor et pcedebant uiginti quat  
tuor seniores an sedentem in throno &  
adorabant uiuentem in secula seculor  
et mittebant coronas suas ante thronum  
dicentes. Dignus es domine ds noster ac  
cipere gloriam & honorem. et uirtutem  
quia tu creasti omnia. et pp uoluntatem  
tuam erant & creata sunt.

T uidi in dextera sedere  
tis supra thronum libe  
scriptum intus & foris. si  
gnatum sigillis septem. E  
uidi angelum fortan predicantem uo  
ce magna. Quis est dignus aperire libe  
& soluere signacula eius. Et nemo po  
terat neq in celo neq in terra. neq sub

septem.

terram aperire libꝛe neqꝫ respicere illum.  
Et ego flebam multum quia nemo digni  
inuentus est apꝛe libꝛum nec uidere eꝛ.  
Et unus de senioribꝫ dixit mihi. Ne fle  
ueris. Ecce uicit leo de tribꝫ iuda. radix  
dauid. aperire libꝛe & soluet septem si  
gnacula eius. Et uidi et ecce in medio  
throni et quattuor animalium et in me  
dio seniorum agnum stantem tanqꝫ occi  
sum habentem cornua septem et oculos sep  
tem qꝫ sunt septem spꝫ dei missi in omnem  
terram. Et uenit & accepit de dextera  
sedentis in throno libꝛe & cum aperuisset  
libꝛum quattuor animalia et uiginti quat  
tuor seniores ceciderunt coram agno ha  
bentes singuli citharas & phialas aureas  
plenas odoramentorꝫ que sunt orationes  
sanctorum & cantabant canticum nouꝫ  
dicentes. Dignus es domine accipere li  
brum et aperire signacula eius qm̄ occi  
sus es & redemisti nos deo in sanguine  
tuo ex omni tribu et lingua et populo  
& natione & fecisti nos deo nꝛo regnꝫ  
et sacerdotes. Et regnabimus supꝫ terram.  
Et uidi & audiui uocem angelorꝫ mul  
torum in circuitu thronum & animalium  
et seniorum. et erat numerus eorꝫ  
milia milium dicentium uoce magna.  
Dignus est agnus qꝫ occisus est accipere ui  
tutem & diuinitatem & sapientiam &  
fortitudinem et honorem et gloriam &  
benedictionem. Et omnem creaturam qꝫ  
in celo est & supꝫ terram et subꝫ ter  
ram & que sunt in mari & que in eo.  
omnes audiui dicentes sedenti in throno  
et agno. Benedictio & honor & gloria  
& potestas in secula seculorꝫ. Et qꝫtu

or animalia dicebant Amen. Et uigin  
ti quattuor seniores ceciderunt in faci  
es suas et adorauerunt uiuentem in se  
cula seculorꝫ.

T uidi qꝫ apparuisset agnꝫ  
unum de septem sigillis.  
& audiui unum de quar  
tuor animalibꝫ dicentem tan  
qꝫ uocem tonitru. Veni & uide. Et ui  
di & ecce equus albus. et qꝫ sedebat supꝫ  
illum habebat arcum & data est ei co  
rona. et exiit uiuens ut uinceret. Et  
cum aperuisset sigillum secundum. au  
diui secundꝫ animal dicentem. Veni & ui  
de. Et exiit alius equus rufus & qꝫ  
sedebat supꝫ illum. datum est ei ut sum  
ret pacem de terra. et ut inuicem se in  
terficiant & datus est ei gladius ma  
gnus. Et cum aperuisset sigillum tertiuꝫ  
audiui tertium animal dicentem. Veni &  
uide. Et ecce equus niger & qꝫ sedebat  
super illum habebat statera in manu sua.  
Et audiui tanqꝫ uocem in medio quattu  
or animalium dicentium. Bilibris triti  
ci dominatio uno. & tres bilibres ordet  
denario uno & unum & oleum ne le  
seris. Et cum aperuisset sigillum quar  
tum audiui uocem quarti animalis dice  
tis. Veni et uide. Et ecce equus pallidꝫ  
& qꝫ sedebat supꝫ eum nomen illi mors &  
infernus sequebatꝫ eum. Et data est il  
li potestas super quattuor partes terre  
interficere gladio fame & morte & be  
stus terre. Et cum aperuisset sigillum  
quintum uidi subꝫ altare animal inter  
fectorꝫ propter uerbum dei. et ppꝫ tꝫ

monium qd̄ habebant. Et clamabant uo-  
ce magna dicentes. Usquequo domine  
sanctus et uerus non iudicas et non uind-  
icas sanguinem nr̄m de his q̄ habitant in  
terra. Et date sunt illis singule stole  
albe & dictum est illis ut regerent  
tempus adhuc modicum donec comple-  
antur conserui eorū et fratres eorum q̄  
interficiendi sunt sicut & illi. Et uidi  
cum aperuisset sigillum sextum. & ecce  
terremotus magnus factus est. Et sol fa-  
tus est niger tanq̄ saccus cilicinus. & lu-  
na tota facta est sicut sanguis. & stelle  
de celo ceciderunt super terram sicut  
ficut emittit grossos suos cum a uento  
magno mouetur. Et celum recessit si-  
cut liber inuolutus. & omnis mons et i-  
sule de locis suis motę sunt. Et rēges  
terre & principes & tribuni & dūces  
et fortes & omnis seruus et liber abscon-  
derunt se in speluncis et in petris mon-  
tium. & dicunt montib; et petris. cadi-  
te super nos. et abscondite nos a facie se-  
dentis super thronum. et ab ira agni. qu-  
niam uenit dies magnus ire ipsius. Et  
q̄s poterit stare.

Ost̄ hec uidi quattuor  
angelos stantes super quā-  
tuor angulos terre. tene-  
tes quattuor uentos terre  
ne flarent sup̄ terram neq̄ sup̄ mare ne-  
q̄ in ullam arborem. Et uidi alterum  
angelum ascendentem ab ortu solis ha-  
bentem signum dei uiu; et clamauit uo-  
ce magna quattuor angelis q̄b; datus  
est nocere terre & mari. dicens. Noli

te nocere terre & mari neq̄ arboribus  
quoadusq̄ signem seruos dei nostri in  
frontib; eorū. Et audiui numerum sign-  
torum centum quadraginta quattuor mi-  
lia signati ex omni tribu filiorū. Issrl̄. Ex  
trib; iuda duodecim milia signati. Ex  
trib; ruben duodecim milia signati. Ex  
trib; gad duodecim milia signati. Ex  
trib; aser duodecim milia signati. Ex  
trib; neptalim duodecim milia signa-  
ti. Ex tribu manasse duodecim milia  
signati. Ex trib; symeon duodecim  
milia signati. Ex trib; leui duodecim  
milia signati. Ex tribu isachar duode-  
cim milia signati. Ex tribu zabulon  
duodecim milia signati. Ex trib; ioseph  
duodecim milia signati. Ex tribu be-  
niamin duodecim milia signati. Post hec  
uidi turbam magnam quam dinumera-  
re nemo poterat de omnib; gentib; &  
tribub; et populis et linguis. stantes  
ante thronum et in conspectu agni. ami-  
ti stolis albis. & palme in manib; eorū.  
Et clamabant uoce magna dicentes. Sa-  
lus deo nr̄o q̄ sedet super thronum et  
agno. Et omnes angeli stabant in cir-  
cuitu throni et seniorū et quattuor an-  
malium. & ceciderunt in conspectu th-  
ni in facies suas et adorauerunt deum  
dicentes Amen. Benedictio & claritas  
et sapientia et gratiar actio honor &  
uirtus & fortitudo deo nr̄o in secula  
seculorū Amen. Et respondit unus de  
seniorib; et dixit mihi. Hi q̄ amicti st̄  
stolis albis q̄ sunt et unde uenerunt.  
Et dixi illi. Domine mi r̄ scis. Et dixit  
mihi. Hi sunt q̄ uenerunt de tribulatiōe

magna et lauerunt stolas suas & deal-  
bauerunt eas in sanguine agni. Ideo sunt  
ante thronum dei & seruiunt ei die ac  
nocte in templo eius. et qui sedet in thro-  
no habitabit super illos. Non esurient. et  
neque sitient amplius. neque cadet super illos  
sol. neque ullus estus quoniam agnus qui  
in medio throni est regit illos. & de-  
ducet eos ad uitae fontes aquarum. & ab-  
sterget deus omnem lachrymam ab o-  
culis eorum.

T cum aperisset sigillum  
septimum. factum est si-  
lentium in celo quasi o-  
media hora. Et uidi sep-  
tem angelos stantem in conspectu dei  
& datus sunt illis septem tubae. Et alius  
angelus uenit & stetit ante altare ha-  
bens thuribulum aureum. & data sunt  
illi incensa multa ut daret de orationi-  
bus sanctorum omnium super altare aur-  
um quod est ante thronum dei. Et asce-  
dit fumus incensorum de orationib' sanc-  
torum de manu angeli coram deo. Et  
accepit angelus thuribulum. et imple-  
uit illud de igne altaris & misit in te-  
ram & facta sunt tonitrua & uoces et  
fulgura et tremotus magnus & septem  
angeli qui habebant septem tubas paraue-  
runt se ut tuba canerent. Et primus  
angelus tuba cecinit. & facta est gran-  
do et ignis mixta in sanguine. & misit  
est in terram. Et tertia pars terre co-  
busta est. & tertia pars arborum concrem-  
ta est. & omne foenum uiride combus-  
tum est. Et secundus angelus tuba ce-

cinit. & tanquam mons magnus igne ardens  
missus est in mare. Et facta est tertia  
pars maris sanguis & mortua est tertia  
pars creaturae maris que habebant anima  
in mari et tertia pars nauium interijt. Et  
tertius angelus tuba cecinit. et cecidit  
de celo stella magna ardens tanquam facula.  
Et cecidit in tertiam partem fluminum  
et in fontes aquarum. & nomen stelle dicitur  
absinthium. Et facta est tertia pars aquarum  
in absinthium et multi hominum  
mortui sunt de aqua quia amare factae  
sunt. Et quartus angelus cecinit. & per-  
cussa est tertia pars solis & tertia pars  
lunae et tertia pars stellarum. ita ut obser-  
uaretur tertia pars corae & dies non luce-  
ret pars tertia et noctis similiter. Et uidi  
& audiui uocem unius aegle uolantis  
per medium caeli dicentis uoce magna  
ue ue ue habitantibus in terra de ceteris  
uocibus trium angelorum qui erant tuba  
canturi.

T quintus angelus tuba  
cecinit. & uidi stellam  
de celo cecidisse in ter-  
ram. & data est ei clauis  
putei abyssi. & aperuit puteum abyssi.  
& ascendit fumus putei sicut fumus fo-  
natis magne. et obscuratus est sol et aer  
de fumo putei. & de fumo putei exierunt  
locustae in terram et data est illis potestas  
sicut habent potestatem scorpionis ter-  
rae. Et praecipuum est illis ne lederent  
foenum terre. neque omne uiride. neque os-  
nem arborem. nisi tantum homines qui non  
habent signum dei in frontibus suis. & da-

tum est illis ne occiderent eos. sed ut  
cruciant mensibus quinq. Et cruciatu  
eorum ut cruciatus scorpij cum punit  
hominem. Et in diebus illis querent ho  
mines mortem & non inuenient eam. &  
desiderabunt mori et fugiet mors ab eis.  
Et similitudines locustarum similes eqs para  
tis in prelium. & sup capita earum tanq  
corone similes auro & facies earum sicut  
facies hominum. Et habebant capillos sic  
capillos mulierum. & dentes earum sic dente  
leonum erant. Et habebant loricas sicut  
loricas ferreas. & uox alarum earum sicut  
uox currum equorum multorum curru  
tum in bellum. Et habebant caudas sim  
iles scorpionum. et aculei erant in caudis  
earum. et potestas earum nocere hominibus  
mensibus quinq. Et habebant sup se Regem  
angelum abyssu cui nomen hebraice abad  
don. grece autem apollion. et latine ha  
bens nomen exterminans. Ne unum abi  
it. et ecce ueniunt adhuc duo ue post  
hec. Et sextus angelus tuba cecinit. Et  
audiui uocem unam ex quattuor cor  
nibus altaris aurei que est ante oculos dei  
dicentem sexto angelo qui habebat tubam  
Solue quattuor angelos qui alligati sunt  
in flumine magno euphraten. Et soluti  
sunt quattuor angeli qui parati erant in  
horam et diem & mensem & annum  
ut occiderent tertiam partem hominum.  
Et numerus equester exercitus uicies mi  
lia dena milia & audiui numerum eorum.  
Et ita uidi equos in uisione. & qui sede  
bant super eos habebant loricas igneas  
et hyacinthinas et sulphureas & capite  
equorum erant tanq capita leonum. &

de ore eorum procedit ignis et fumus &  
sulphur. Et ab his tribus plagis occisa e  
tertia pars hominum de igne et de fu  
mo & sulphure que procedebat ex ore  
ipsorum. Potestas enim equorum in  
ore eorum est. & in caudis eorum. Nam  
caudis eorum similes serpentibus habere  
tes capita. & in his nocent. Et ceteri  
homines qui non sunt occisi in his plagis  
neque penitentiam egerunt de operibus  
manuum suarum. ut non adorarent demonia  
et simulacra aurea et argentea & et  
et lapidea et lignea. que neque uiderent  
neque possunt neque audire. neque ambulare. et  
non egerunt penitentiam ab homicidijs  
suis neque a ueneficijs suis. neque a fornicatione  
sua. neque a furtis suis.

Uidi alium angelum  
fortem descendentem de  
celo amictum nube. & i  
tis in capite eius. Et fa  
cies eius erat ut sol & pedes eius tanq  
columna ignis. Et habebat in manu sua  
libellum apertum. et posuit pedem suum  
dextrum supra mare. sinistrum autem  
sup terram. & clamauit uoce magna qm  
admodum cum leo rugit. Et cum cla  
masset. locuta sunt septem tonitrua uo  
ces suas. et ego scripturus eram. Et audi  
ui uocem de celo dicentem mihi. Signa  
que locuta sunt septem tonitrua & i  
noli ea scribere. Et angelus quem uidi  
stantem supra mare et supra terram le  
uauit manum suam ad celum. et iura  
uit per uiuentem in secula seculorum. q  
creauit celum et ea que in eo sunt. et



terram et ea que in ea sunt & mare &  
ea que in eo sunt. q̄a tempus non erit  
plius. sed in diebus uocis septimi angeli  
coeperit turba canere & consumabunt  
mysterium dei. sicut euangelizauit per  
seruos suos prophetas. Et uocem quam  
audiui de celo iterum loquentem mecum  
et dicentem. Vade et accipe librum aper-  
tum de manu angeli stantis supra me  
super terram. Et ab eo ad angelum dice-  
ns ei ut daret mihi librum & dixit mihi.  
Accipe librum & deuora illum et faciet  
amaricari uentrem tuum. sed in ore tuo  
erit dulce tanquam mel. Et accipi librum  
de manu angeli & deuoraui illum &  
erat in ore meo tanquam mel dulce. Et  
deuorasset eum amaricatus est uenter  
meus & dixit mihi. Oportet te iterum  
prophetare gentibus & populis & lin-  
guis & regibus multis.

T datus est mihi calamus  
similis unguis & dictum est  
mihi. Surge et metere tem-  
plum dei et altare & ad-  
rantes in eo. Arrium autem quod est foris  
templum egerit foras et ne metaris illud  
quoniam datum est gentibus. Et ciuitatem  
sanctam calcabunt mensibus quadragin-  
ta duobus. Et dabo duobus testibus me-  
is & prophetabunt diebus mille ducentis  
sexaginta annis. Hi sunt due  
olue & duo candelabra lucerna in co-  
spectu domini terre stantes. Et si quis uo-  
luerit eos nocere ignis exiet de ore leo-  
rum & deuorabit inimicos eorum & si quis  
uoluerit eos ledere sic oportet eum ce-

deri. Hi habent potestatem claudendi  
celum ne pluat diebus prophetie illorum  
et potestatem habent super aquas conuer-  
tendi eas in sanguinem et percutere ter-  
ram omni plaga quotiescumque uoluerit.  
Et cum finierint testimonium suum be-  
stia que ascendit de abyso faciet ad-  
uersus eos bellum & uincet illos et ce-  
cidet eos. Et corpora eorum iacebunt  
in plateis ciuitatis magne que uocatur  
spiritualiter seditonia et egyptus ubi est  
dominus eorum crucifixus est. Et uide-  
bunt de tribubus & populis & lin-  
guis et gentibus & iacebunt corpora  
eorum per tres dies & dimidium & cor-  
pora eorum non sinent poni in monime-  
tis. Et inhabitantes terram gaudebunt  
super illos et iocundabuntur & mune-  
ra mittent inuicem quoniam hi duo prophete  
cruciauerunt eos qui habitabant super  
terram. Et post dies tres & dimidium  
spiritus uitae a deo intreat in eos. Et  
steterunt super pedes suos & timor in-  
gnus cecidit super eos qui uiderunt eos.  
Et audierunt uocem magnam de celo  
dicentem eis. Ascendite huc. Et ascen-  
derunt in celum in nube & uiderunt  
illos inimici eorum. Et in illa hora factus  
est terremotus magnus & decima pars  
ciuitatis cecidit. Et occisa sunt in ter-  
remotu nomina hominum septem milia  
& reliqui in timore sunt magis & dederunt  
gloriam deo celi. Et secundu-  
s abijt. Et ecce uocem tertium uenit cito.  
Et septimus angelus tuba cecinit & facte  
sunt uoces magne in celo dicen-  
tes. factum est regnum huius mundi

domini nri & chr̄i eius & regnabunt  
in secula seculoy. Amen. Et uiginti quat-  
tuor seniores q̄ in conspectu dei sedent i  
sedibz suis ceciderunt in facies suas & o-  
adorauerunt deum dicentes. Gratias i-  
agimus tibi domine ds̄ noster omnipotē  
q̄ es & qui eras & q̄ uenturus es quia ac-  
cepisti uirtutem tuam magnam et regna-  
sti. Et irate sunt gentes & aduenit ira  
tua et tempus mortuoy iudicari et red-  
dere mercedem seruis tuis p̄phetis et s̄c̄-  
tis & timentibz nomen tuum pusillis &  
magnis et exterminandi eos q̄ corrupē-  
terram. Et apertum est templum dei in  
celo & uisa est arca testamenti eius in  
templo eius. Et facta sunt fulgura & uo-  
ces & tonitrua et terremotus & grando  
magna.

¶ Signum magnum appa-  
ruit in celo. Mulier ami-  
ta sole & luna sub pedibz  
eius & in capite eius coro-  
na stellarū duodecim. Et in utero habēs  
et clamabat parturiens et cruciat̄ ut pa-  
riat. Et uisum est aliud signum in celo.  
Et ecce draco magnus rufus habens caput  
septem & cornua decem et in capitibz  
suis septem diademata & cauda eius tra-  
hebat tertiam partem stelle celi & i-  
misit eam in terram. Et draco stetit an-  
mulierem que erat partura ut cum pe-  
perisset filium eius deuoraret. Et pepe-  
rit filium masculum q̄ rectorus erat om-  
nes gentes in uirga ferrea. Et raptus ē  
filius eius ad deum & ad thronum eius  
& mulier fugit in solitudinem ubi ha-

lebat locum paratum a deo ut ibi pa-  
seat cum diebz mille ducentis sexagi-  
ta. Et factum ē prelium magnum in  
celo. Michael & angeli eius p̄liabant  
cum dracone et draco pugnabat a &  
angeli eius & non ualuerunt neq̄ locu-  
muentus est cor̄ amplius in celo. Et  
p̄iectus est draco ille magnus serpens  
antiquus q̄ uocat̄ drabolus et sathanas  
q̄ seducit uniuersum orbem & p̄iectus ē  
in terram & angeli eius cum illo missi  
sunt. Et audiui uocem magnam in celo  
dicentem. Nunc facta est salus et un-  
tus et regnum dei nri et potestas chr̄i  
eius quia p̄iectus est accusator fratrum i  
nostroy q̄ accusabant illos ante con-  
spectum dei nostri die ac nocte & ipsi  
uicerunt & ipsi uicerunt eum p̄ san-  
guinem agni & propter uerbum testi-  
mony sui & non dilexerunt animal sua  
usq̄ ad mortem. Propterea letanini ce-  
li & q̄ habitatis in eis. Sic terre & mari q̄  
descendit drabolus ad uos habens iram  
magnam. Sciens q̄ modicum tempus ha-  
bet. Et postq̄ uidit draco q̄ p̄iectus  
esset in terram persecutus est mulierem  
que peperit masculum. Et date sunt o-  
mulieri ale due aq̄le magne ut uola-  
ret in desertum in locum suum ubi alite-  
per tempus et tempora & dimidium tem-  
poris a facie serpentis. Et misit serpens i  
ex ore suo post mulierem aquam tanq̄ flu-  
men ut eam faceret trahi a flumine. Et  
audiuit terra mulierem et aperuit terra  
os suum & absorbit flumen qd̄ misit  
draco de ore suo. Et iratus est draco in  
mulierem et abijt facere p̄lium cum re-

liqs de semine eius q custodiunt man-  
data dei. & habent testimonium Jesu. i  
chr̄. & stetit sup harenam maris.

Uidi de mari bestiam  
ascendentem habentem ca-  
pita septem et cornua de-  
cem. & super cornua eius  
decem chademata et super capita eius  
nomina blasphemix. Et bestia quam ui-  
di similis erat pardis. & pedes eius sicut  
pedes ursi. & os eius sicut os leonis. Et  
dedit illi draco uirtutem suam et pote-  
statem magnam. Et uidi unum de capi-  
tibus suis quasi occisum in mortem et pla-  
ga mortis eius curata est. Et admirata  
est uniuersa terra post bestiam. Et ado-  
rauerunt draconem q dedit potestatem  
bestie. & adorauerunt bestiam dicente-  
s similis bestie. & q's poterit pugnare co-  
tra ea. Et datum est ei os loquens magna  
et blasphemias. et data est ei potestas fa-  
cere menses quadraginta duos. & aper-  
uit os suum in blasphemias ad deum bla-  
phemare nomen eius et tabernaculum  
eius. & eos q in celo habitant. Et est  
datum illi bellum facere cum sanctis et  
vincere eos. Et data est illi potestas in-  
uincere omnem tribum et populum et linguam  
et gentem. & adorauerunt eam omnes  
q inhabitabant terram. quorū non sunt  
scripta nomina in libro uite agni q occisus  
est ab origine mundi. Si q's habet aures  
audiat. Q' in captiuitatem duxerit. in  
captiuitatem uadit. q gladio occiderit  
oportet eum gladio occidi. Hic est pa-  
trentia et fides sanctorū. Et uidi alia

bestiam ascendentem de terra. & habebat  
cornua duo similia agni. Et loquebatur  
sicut draco. & potestatem prioris bestie  
omnem faciebat in conspectu eius. et facit  
terram et habitantes in ea adorare bestiam  
primam. cuius curata est plaga mortis. Et  
fecit signa magna etiam ignem facere de  
celo descendere in terram in conspectu homi-  
num. Et seduxit habitantes in terra pp  
signa que data sunt illi facere in conspec-  
tu bestie dicens habitantibus in terra ut  
faciant imaginem bestie que habet pla-  
gam gladij et uixit. Et datum est illi ut  
daret spm imagini bestie. & ut loqueretur  
imago bestie. & faceret ut quecumq non ado-  
rauerit imaginem bestie occideretur. Et fa-  
ciet om̄s pusillos et magnos et diuites et  
pauperes et liberos et seruos habere charac-  
terem in dextera manū aut in frontibus  
suis. & ne q's possit emere aut uendere. i  
nisi q habeat caracterem aut nomen be-  
stie aut numerū nominis eius. Hic sapien-  
tia est. Q' habet intellectum computet. i  
numerū bestie. Numerus enim hominis  
est. & numerus eius sexcenti sexaginti  
tase.

Uidi & ecce agnus sta-  
bat supra montem fron-  
& cum eo centum qua-  
dragintaquattuor milia  
habentes nomen eius et nomen patris  
eius scriptum in frontibus suis. Et audiu  
uocem de celo tanq uocem aquarū mul-  
tarū & tanq uocem tonitruū magni. &  
uocem quam audiui sicut catharodori  
citharizantium in catharis suis. Et em

tabant quasi canticum nouum ante se-  
dem & ante quattuor animalia et se-  
mores. et nemo poterat dicere canticum  
nisi illa centum quadragintaquattuor  
milia q̄ scripta sunt de terra. Hi sunt  
q̄ cum mulieribus non sunt coniugati. i  
uirgines enim sunt. Hi sequuntur agnū  
quocumq̄ ierit. Hi scripti sunt ex om-  
nibus primitiis deo & agno. & in ore  
eorū non est inuentum mendacium. Si-  
ne macula enim sunt ante thronum. i  
dei. Et uidi angelum alterū uolantes  
p̄ medium celum habentem euangelium  
eternum ut euangelizaret sedentibus  
sup̄ terram et sup̄ omnem gentem et  
tribum & linguam et populum. dicens  
magna uoce. Timeat dominus. et date  
illi honorem. q̄a uenit hora iudicii eius.  
et adorare eum q̄ fecit celum et ter-  
ram. mare & omnia que in eis sunt. &  
fontes aquarū. Et alius angelus secutus  
est dicens. Cecidit cecidit babilon illa  
magna que a uino ire fornicationis suarū  
potauit omnes gentes. Tertius angelus  
secutus est illos dicens uoce magna. Si  
quis adorauerit bestiam et imaginem eius.  
et acceperit characterem in fronte sua  
aut in manu sua. hic bibet de uino ire  
dei q̄d mixtum est uino in calice ire  
ipsius. Et cruciabitur igne & sulphure  
in conspectu angelorum sanctorum. et in  
conspectu agni. Et fumus tormento-  
rum eorum ascendet in secula seculorū.  
Nec habent requiem die ac nocte q̄ ado-  
rauerunt bestiam et imaginem eius. &  
signis acceperit characterem nominis eius.  
Hic patientia sanctorū est q̄ custodiunt

mandata dei & fidem iesu. Et audiui  
uocem de celo dicentem mihi. Scribe. Be-  
ati mortui moriuntur. A modo iam dicit  
spiritus ut req̄scent a laboribus suis. &  
Opera enim illorū sequuntur illos. Et  
uidi et ecce nubem candidam & super  
nubem sedentem similem filio hominis. i  
habentem in capite suo coronam auream  
& in mansu sua falcem acutam. & alius  
angelus exiit de templo clamans uo-  
ce ad sedentem sup̄ nubem. Mitte falce-  
m tuam. q̄a uenit hora ut metatur. q̄m  
i aruit messis terre et misit q̄ sedebat  
sup̄ nubem falcem suam in terram. et me-  
surauit eam. Et alius angelus exiit de  
templo q̄d est in celo habens & ipse fal-  
cem acutam. Et alius angelus exiit de  
altari q̄ habebat potestatem supra igne.  
et clamauit uoce magna ad eum q̄ ha-  
bebat falcem acutam. dicens. Mitte fal-  
cem tuam acutam et uindicta botros  
uine terre. q̄m mature sunt uine eius.  
Et misit angelus falcem suam acuta i terram  
& uindictauit uineam terre & misit  
in lacum ire dei magnum. Et calcatus  
est lacus extra ciuitatem. et exiit san-  
guis de lacu usq̄ ad frenos equorū per  
stadia mille sexcenta.

T uidi aliud signum in  
celo magnum et mirabi-  
le. angelos septem habentes  
plagas septem nouis-  
simas. q̄m in illis consumata est ira dei.  
Et uidi tanq̄ mare uitreum mixtum i  
igne. et eos q̄ uicerunt bestiam et ima-  
ginem eius & numerū nominis eius sta-

tes supra mare uitreum habentes citha-  
ras dei & cantantes canticum Moysi se-  
cundum dei et canticum agni dicentes Magna  
et mirabilia sunt opera tua domine deus om-  
nipotens iuste & uere sunt uiae tue  
domine rex sanctorum. Quis non timebit  
te domine & magnificabit nomen tuum.  
Quia solus pius es quoniam omnes gentes ueni-  
ent & adorabunt in conspectu tuo quoniam  
iudicia tua manifesta sunt. Et post hoc  
uidi & ecce apertum est templum taber-  
naculi testimonij in celo. Et exierunt  
septem angeli habentes septem plagas de tem-  
plo uestiti lapide mundo et candido et  
circumdedit circa pectora zonis aureis. Et  
unum de quattuor animalibus dedit sep-  
tem angelis septem phialas aureas ple-  
nas iracundiae dei uiuentis in secula se-  
culorum. Et impletum est templum dei  
fumo a maiestate dei et de uirtute eius  
& nemo poterat introire in templum  
donec consumarentur septem plagae sep-  
tem angelorum.

T audiui uocem magna  
de templo dicentem sep-  
tem angelis Ite & effun-  
dite septem phialas ue-  
stri in terram. Et abiit primus angelus  
et effudit phialam suam in terram et  
factum est uulnus seuum & pessimum  
in homines qui habebant characterem be-  
stiae & in eos qui adorauerunt bestiam et  
imaginem eius. Et secundus angelus ef-  
fudit phialam suam in mare et factus est  
sanguis tanquam mortui et omnis anima  
uiuens mortua est in mari. Et tertius

effudit phialam suam super flumina et  
super fontes aquarum & factus est sanguis.  
Et audiui angelum aquarum dicentem  
Iustus es domine quia es & qui eras sanctus  
quia hoc iudicasti quia sanguinem sanctorum  
& prophetarum effuderunt & sanguinem  
eis dedisti bibere. Digni enim sunt. Et  
audiui alterum dicentem. Etiam domi-  
ne deus omnipotens uera et iusta iudicia  
tua. Et quartus angelus effudit phia-  
lam suam in solem & datum est illi ut  
affligat homines & igni. Et aestuaue-  
runt homines estu magno & blasphema-  
uerunt nomen dei habentis potestatem super  
has plagas. neque egerunt poenitentiam ut  
darent illi gloriam. Et quintus angelus  
effudit phialam suam super sedem bestiae  
& factum est regnum eius tenebrosum &  
comanducauerunt linguas suas pro do-  
lore & blasphemaerunt deum celi pro  
doloribus et uulneribus suis & non ege-  
runt poenitentiam ex operibus suis. Et  
sextus angelus effudit phialam suam  
in flumen illud magnum eufrates et  
siccauit aquam eius ut prepararetur o-  
uia regibus ab ortu solis. Et uidi de ore  
draconis & de ore bestiae & de ore  
pseudoprophetae exire spiritus tres unum  
quod in modum ranarum. Sunt enim spiritus  
demoniorum facientes signa et peccant  
ad reges totius terre congregant illos  
in prelium ad diem magnum omnipote-  
tis dei. Ecce uenio sicut fur. Beatus qui  
tingit et custodit uestimenta sua ne  
nudus ambulet et uideant turpitudines  
eius. Et congregauit illos in locum qui  
uocatur hebraice hermagedon. Et septimus

angelus effudit phialam suam in aerem.  
et exiit uox magna de templo a thro  
no dicens factum est. Et facta sunt sol  
gura et uoces & tonitrua et terremotus  
factus est magnus qual' nunq' fuit ex  
quo homines fuerunt sup terram tal' te  
remotus sic magnus. Et facta est ciuitas  
magna in tres partes et ciuitates gentiu  
cecciderunt. Et babilon magna uenit  
in memoriam ante dnm. dare illi calices  
uini indignationis ire eius. Et omnis i  
sula fuit & montes non sunt inuenti.  
Et grandis magna sicut talentum descē  
dit de celo in homines. & blasphemaue  
runt homines deum pp plagam grandis  
qm magna facta est uehementer.

T' uenit unus de septem  
angelis q' habebant septē  
phialas. & locutus est me  
cum dicens. Veni & oste  
dam tibi damnationem meretricis ma  
gne que sedet sup aquas multas cum  
qua fornicati sunt reges terre. et in  
beuati sunt q' inhabitant terram de ui  
no p'stitationis eius. Et abstulit me in  
sp' in desertum. Et uidi mulierem se  
dentem super bestiam coccineam plena  
nominibus blasphemie habentem capita  
septem & cornua decem. Et mulier  
erat circūdata purpura & cocceino &  
inaurata auro et lapide precioso et ma  
garitis. habens poculum aureum in ma  
nu sua plenum abominatiōe et immū  
ditate fornicationis eius. Et in fronte e  
ius nomen scriptum mysterium babilo  
magna mater fornicationum & abom

nationum terre. Et uidi mulierem ebr  
am de sanguine sanctorum & de sangui  
ne martyrum. Et miratus sum cum i  
uiderem illam admiratione magna. et o  
dixit mihi angelus. Quare miraris. Ego  
dicam tibi sacramentum mulieris et be  
stie que portat eam que portat eam q'  
habet capita septem et cornua decem.  
Bestia quam uidisti fuit & non est. & i  
ascensura est de abyssu et in interitum  
ibit. et mirabuntur inhabitantes terras  
quorum non sunt scripta nomina in libro  
uite a constitutione mundi uidentes  
bestiam que erat & non est. Et hic e  
sensus q' h' sapientiam. Septem capita  
septem montes sunt. sup quos mulier  
sedet. et reges septem sunt. Quorum ceccide  
runt unus est. & alius nondum uenit.  
Et cum uenerit oportet illum breue  
tempus manere. Et bestia que erat &  
non est et ipsa octaua est. et de septem  
est. Et in interitum uadet. Et decem  
cornua que uidisti. decem reges sunt  
q' regnum nōdum acceperunt. sed po  
testatem tanq' reges una hora accipiet  
post bestiam. Hi unum consilium hnt.  
& uirtutem & potestatem suam bestie  
tradent. hi cum agno pugnabunt. &  
agnus uincet illos. qm dominus dñor  
est. et rex regum. & q' cum illo sunt  
uocati et electi & fideles. & dixit in  
Aqua quas uidisti ubi meretricis sede  
populi sunt & gentes et lingue. & de  
cem cornua que uidisti in bestia hi ad  
erunt fornicariam. et desolatam. facient  
illam et nudam. & carnes eius mandu  
cabunt. et ipsam igni concretabunt.

D eus enim dedit in corda eorum. ut fa-  
ciant qd placitum est illi. ut dent re-  
gnum suum bestie. donec consumantur  
uerba dei. Et mulier quam uidisti e-  
ciuitas magna que h't regnum super  
reges terre.

T post hec uidi alium a-  
gelum descendentem de  
celo. habentem potestate  
magnam. & terra illum  
nata est gloria eius. Et exclamauit in  
fortitudine dicens. Cecidit cecidit. i  
babilon magna. et facta est habitatio  
demoniorum. et custodia omnis spiritus  
immundi. & custodia omnis uolucris  
munde & edibilis. q'a de uino ut fornicationis  
eius biberunt omnes gentes. Et re-  
ges terre cum illa fornicati sunt. & mer-  
catores terre de uirtute deliciarum eius. i  
diuites facti sunt. Et audiui aliam uocem  
de celo dicentem. Exite de illa populi  
meus. & ne participes sitis delictorum eius.  
et de plagis eius non accipiatis. Quonia  
puenerunt peccata eius usq' ad celum. i  
& recordatus est d'ns iniquitatum eius. o  
Reddite illi sicut & ipsa reddidit uobis.  
& duplicate duplicia secundum opa eius.  
I n poculo q' miscuit uobis. miscete illi dy-  
plum. Quantum glorificauit se & i  
delictis fuit. tm date illi tormentum e-  
luctum. q'a in corde suo dicit. Sedeo re-  
gina et uidua non sum. et luctum noy  
uidebo. Ideo in una die uenient plage  
eius. mors & luctus et fames & ignis co-  
burec. q'a fortis e d's q' iudicabit illam.  
E' flebunt & plangent se super illam reges

terre q' cum illa fornicati sunt. & i  
delictis uixerunt cum uiderint fumo  
incendij eius longe stantes p' timore  
tormentorum eius dicentes. Ne ue ciui-  
tas illa magna babilon. ciuitas illa for-  
tis q'm una hora uenit iudicium tuum.  
Et negotiatores terre flebunt et luge-  
bunt super illam. q' niam merces eorum. ne-  
mo emet amplius. merces auri et argen-  
ti & lapidis p'ciosi et margarite et bys-  
si & purpure et serici & cocci et omne  
lignum thinum & omnia uasa eboris et  
omnia uasa de lapide p'cioso et erame-  
to & ferro & marmore. Et cinnamoni  
et amomum & odoramentorum et ungue-  
ti & thuris et iuni & olei et simile &  
tincti et umentorum et ouium & equo-  
rum & redase et mancipiorum & anima-  
rum hominum. Et poma desiderij anima-  
rum discesserunt a te. & omnia pingua  
et p'clara perierunt a te & amplius. i  
illa iam non inuenient mercatores homi-  
num. Qui diuites facti sunt ab ea. lon-  
ge stabunt propter timorem tormento-  
rum eius. flentes ac lugentes et dice-  
tes. Ne ue ciuitas illa magna que ami-  
ta erat bysso & purpura et cocco & de  
aurata est auro et lapide p'cioso & i  
margaritis. q'm una hora destituta sunt  
tantie diuitie. Et omnis gubernator  
et omnes q' in lacum nauigant et nauite  
& q' in mari opantur longe steterunt.  
et clamauerunt uidentes locum incendij  
eius dicentes. Que similis ciuitati ha-  
ie magnae. Et miserunt puluerem sup  
capita sua. et clamauerunt flentes et lu-  
gentes dicentes. Ne ue ciuitas illa ma-

gna. in qua diuites facti sunt omnes q  
habebant naues in mari de piscis eius. q  
nam una hora desolata est. Et exulta se  
per eum celum & sancti apłi et pphetae  
qm̄ iudicauit dñs iudicium v̄m̄ de illa.  
Et sustulit unus angelus fortis lapidem  
quasi molarem magnum. et misit in ma  
re dicens. Hec impetu mittetur babilo  
ciuitas illa magna. & ultra iam non in  
uenietur. Et uoce citharoclorum et  
musicorū et tybia canentium & tuba n̄  
audietur in te amplius. & omnis artifex  
omnisq; ars non inueniet te amplius. &  
uox mole non audietur in te amplius.  
Et lux lucerna non lucebunt in te ampl  
ius & uox sponsi et sponse non audiet  
adhuc in te. q̄a mercatores tui erant p̄  
cipales terre. q̄a in ueneficis tuis errauerūt  
omnes gentes. Et in ea singulis pphetae  
et sanctorū inuentus est. et omnium q  
interfecti sunt in terra.

Ost hec audiui q̄si uoces  
magnam tubarū multarū  
in celo dicentium altia.

Laus et gloria et uirtus  
deo n̄ro est. q̄a uera et iusta iudicia sūt  
eius q̄ iudicauit de meretrice magna  
que corripit terram in p̄stitutione sua  
& iudicauit sanguinem seruorū suore  
de manibus eius. Et iterum dixerunt  
altia. Et fumus eius ascendit in secula  
secula seculorū. Et ceciderunt seniores  
uiginti quattuor et quattuor animalia  
et adorauerunt deum sedentem super  
thronum dicentes Amen. Altia. Et  
uox de throno exiit dicens. Laude

dicite deo n̄ro omnes sancti eius. et q̄  
timetis deum pusilli et magni. Et au  
diui quasi uocem tube magnae & sicut  
uocem aquarū multarū. et sicut uocem  
tonitruorum magnorum dicentium altia  
qm̄ regnauit dñs dñs noster omnipotens.  
Gaudemus et exultamus et demus glo  
riam ei q̄a uenerunt nuptiae agni. & i  
uxor eius preparauit se. Et datum ē  
illi ut cooperiat se byssino splendenti e  
candido. Byssinum enim iustificationes  
sunt sanctorū. Et dixit mihi. Scribe. be  
ati q̄ ad cenam agni nuptiarū uocati sūt.  
Et dixit mihi. Hec uerba dei uera sūt.  
Et cecidit ad pedes eius ut adorarem  
eum. Et dixit mihi. Vide ne feceris.  
Conseruus tuus sum. & fratres tuorum  
habentium testimonium iesu. Deum ad  
ra. Testimonium. n. iesu. est sp̄s pphetae.  
Et uidi celum apertum & ecce equus  
albus & q̄ sedebat sup eum uocabatur  
fidelis et uerax. cum iustitia iudicat et  
pugnat. Oculi autem eius sicut flamma  
ignis. et in capite eius diademata multa  
habens nomen scriptum qd̄ nemo nouit  
nisi ipse. Et uestitus erat ueste aspa san  
guine. & uocabat nomen eius uerbum  
dei. Et exercitus q̄ sunt in celo seque  
bant eum in eq̄s albis. uestiti byssino al  
bo & mundo. & de ore eius procedit gla  
dius ex utraq; parte acutus ut in ipso p  
cutiat gentes. Et ipse regit eas in uirga  
ferrea. & calcat tortularū uini furoris ire  
dei omnipotentis. Et h̄t in uestimento et  
in foemore suo scriptum. Rex regum &  
dñs dominantium. Et uidi unum ange  
lum stantem in sole. & clamauit uoce



magna dicens omnibus aibus q uolabit  
per medium celi Venite et congregamini  
ad cenam magnam ut manducetis car-  
nes regum et carnes tribunorum et carnes  
fortium & carnes equorum & sedentium  
in ipsis et carnes omnium liberorum &  
securorum et pusillorum et magnorum. Et ui-  
di bestiam & Reges terre & exercitus  
eorum congregatos ad faciendum pre-  
lium cum illo q sedebat in equo & cum  
exercitu eius. Et apprehensa est bestia  
et cum ea pseudo propheta & q fecit signa  
coram ipso qbus seduxit eos qui accepe-  
runt caracterem bestie & q adorauerunt  
imaginem eius. Viu missi sunt hi duo in  
stagnum ignis ardentis et sulphuris &  
ceteri occisi sunt in gladio sedentis super  
equum q procedit de ore ipsius & om-  
nes aues saturate sunt carnis eorum.

T uidi angelum descen-  
dentem de celo habentem  
clauem abyssi et cathena  
magnam in manu sua. Et  
apprehendit draconem serpentem antiq-  
uum q est diabolus et sathanas et ligauit  
eum per annos mille & misit eum in abyssi  
et clamauit et signauit super illum ut non  
seducat amplius gentes donec consume-  
tur mille anni. & post hoc oportet illi  
solum modico tempore. Et uidi sedes &  
sederunt super eas & iudicium datum est  
illis. Et animas decollatorum pro testimo-  
nium iesu & propter uerbum dei & qui  
non adorauerunt bestiam neq imaginem  
eius nec acceperunt caracterem eius in fro-  
tibus aut in manibus suis & uixerunt et

regnauerunt cum christo mille annis.  
Ceteri mortuorum non uixerunt donec  
consumeantur mille anni. Hec est resur-  
rectio prima. Beatus & sanctus q habet  
partem in resurrectione prima. In his  
secunda mors non habet partem sed erunt  
sacerdotes dei & christi et regnabunt  
cum illo mille annis. Et cum consuma-  
ti fuerint mille anni soluet sathanas de  
carcere suo et exibit & seducet gentes  
que sunt super quattuor angulos terre gog  
et magog et congregabit eos in prelium  
quorum numerus est sicut arena maris.  
Et ascenderunt super latitudinem terre  
et circueuerunt castra sanctorum & ciuita-  
tem dilectam. Et descendit ignis a deo  
de celo & deuorauit eos & diabolus q  
seducebat eos missus est in stagnum ignis  
et sulphuris ubi et bestia & pseudo propheta  
cruciabantur die ac nocte in secula seculo-  
rum. Et uidi thronum magnum candi-  
dum & sedentem super eum a cuius con-  
spectu fugit terra & celum & locus non  
est inuentus ab eis. Et uidi mortuos ma-  
gnos et pusillos stantes in conspectu thro-  
ni & libri aperti sunt & alius liber aper-  
tus est que est uita. Et iudicati sunt  
mortui ex his que scripta erant in libri  
secundum opera ipsorum. Et dedit mare  
mortuos q in eo erant & mors & infer-  
nus dederunt mortuos suos qui in ipsis  
erant & iudicatum est de singulis secun-  
dum opera ipsorum. Et infernus & mors  
missi sunt in stagnum ignis. Hec est mors  
secunda. Et q non inuentus est in libro uitae  
scriptus missus est in stagnum ignis.


T uidi celum nouum &  
terram nouam. Primum  
enim celum et prima ter-  
ra abijt. & mare iam non  
est. Et ego Iohannes uidi sanctam ciui-  
tatem hierusalem nouam descendente[m] de  
celo. a deo paratam. sicut sponsam ornata[m]  
uero suo. Et audui uocem magnam de  
throno dicentem. Ecce tabernaculum dei  
cum hominibus & habitabit cum eis. o  
Et ipsi populus eius erunt. et ipse deus cum  
eis erit eorum deus. Et absterget deus omnem  
lachrymam ab oculis eorum. & mors ultra  
non erit neque luctus neque clamor neque  
dolor erit ultra. que prima abierunt.  
Et dixit qui sedebat in throno. Ecce noua  
facio omnia. Et dixit mihi. Scribe quia  
haec uerba fidelissima sunt et uera. Et  
dixit mihi. factum est. Ego sum alpha  
et omega initium & finis. Ego sitienti da-  
bo de fonte aque uiae gratis. & uice-  
rit possidebit haec. Et ero illi deus. & ipse  
erit mihi filius. Timidis autem & incre-  
dulis et execratis & homicidis & fornicato-  
ribus et ueneficis et idolatris & omnibus  
mendacibus pars illorum erit in stagno arde-  
nti igne & sulphure qui est mors secunda.  
Et uenit unus de septem angelis habentibus  
phialas plenas septem plagis nouissimis.  
Et locutus est mecum dicens. Veni et oste-  
dam sibi sponsam uxorem agni. Et susci-  
pit me in spiritu in montem magnum et al-  
tum et ostendit mihi ciuitatem sanctam  
hierusalem descendente[m] de celo habentem  
claritatem dei. Et lumen eius simile lapi-  
di precioso tanquam lapidi iaspidis. sicut  
chrysellum. Et habebat murum magnum

et altum habentem portas. xij. & in por-  
tis angelos. xij. & nomina inscripta que  
sunt nomina. xij. filiorum israel. Ab orien-  
te porte tres. ab aquilone porte tres. & ab  
austro porte tres. et ab occasu porte tres.  
Et murus ciuitatis habens fundamenta.  
xij. et in ipsis duodecim nomina. xij. apo-  
stolorum et agni. Et qui loquebatur mecum  
sublebat mensuram arundineam auream  
ut metiretur ciuitatem et portas eius et  
murum. Et ciuitas in quadra posita est  
& longitudo eius tanta est quanta et lati-  
tudo. Et mensus est ciuitatem de arun-  
dine aurea per stadia duodecim milia.  
et longitudo & altitudo et latitudo  
eius equalia sunt. Et mensus est murus  
eius centum quadraginta quattuor cubi-  
torum. mensura hominis que est angeli.  
Et erat structura muri eius ex lapide  
iaspide. ipsa uero ciuitas aurum mundum  
simile uitro mundo et fundamenta mu-  
ri ciuitatis omni lapide precioso ornata.  
et fundamentum primum iaspis. secun-  
dum saphyrus. tertium chalcidionius. i  
quartum smaragdus. quintum sardonix.  
sextum sardius. septimus chrysolithus.  
octauum beryllus. nonum tophatius. de-  
cimum chrysolithus. undecimum hyacin-  
thus. duodecimum amethystus. Et duo-  
decim porte. duodecim margarite sunt  
per singulas. Et singule porte erant ex  
singulis margaritis et platea ciuitatis au-  
rum mundum tanquam uitro placidum. Et  
templum non uidi in ea. Dominus enim  
deus omnipotens templum illius est & agni  
et ciuitas non eget sole neque luna. ut  
lucant in ea. Nam claritas dei illumi-

nabit eam. et lucerna eius est agnus. Et ambulabunt gentes in lumine eius & reges terre afferent gloriam suam et honorem in illam. Et porte eius non claudentur per diem. Nox enim non erit illie. Et afferent gloriam et honorem gentium in illam. Non intrabit in ea aliquid conquinatum. aut abominationem faciens et mendacium. nisi quod scripta sunt in libro uite agni.

**T** ostendit mihi fluvium aque vite splendidum tanquam cristallum procedentem de sede dei & agni. In medio platee eius et ex utraque parte fluminis lignum vite afferens et fructus duodecim per menses singulos reddens fructum suum. & folia ligni ad sanitatem gentium. Et omne male dictum non erit non erit amplius. sed sedes dei & agni in illa erunt & servi eius servient illi. & videbunt faciem eius. & nomen eius in frontibus eorum. Et nox ultra non erit. et non egebunt lumine lucerne neque lumine solis. quoniam dominus deus illuminabit illos. & regnabunt in secula seculorum. Et dixit mihi. **H**ec verba fidelissima sunt et vera. Et dominus deus spirituum prophetarum misit angelum suum ostendere servis suis quod oportet fieri cito. Et ecce venio velociter. Beatus qui custodit verba prophetie huius libri. Et ego Iohannes qui audivi et vidi hec. Et postquam audivissem & viderissem. cecidi ut adorarem ante pedes angeli qui mihi hec ostendebat. Et dixi

mihi. Vide ne feceris. Conserveus. n. tuus sum. et fratres tuorum prophetarum. et eorum qui servant verba prophetie libri huius. Deum adora. Et dixit mihi. Ne signaveris verba prophetie libri huius. Tempus enim prope est. Qui nocet noceat adhuc. & qui in sordibus est. sordescat adhuc. Et qui iustus iustificetur adhuc. & sanctus sanctificetur adhuc. Ecce venio cito. & merces mea mecum est. & reddere unicuique secundum opera sua. Ego sum alpha & omega primus et novissimus. principium & finis. Beati qui lauant stolas suas in sanguine agni. ut sit potestas eorum in ligno vite. & per portas intrent civitatem. Foris canes & venefici & impudici & homicidae et idolis servientes. & omnis qui amat facit mendacium. Ego Iesus misi angelum meum testificari vobis hec in ecclesiis. Ego sum genus & radix David. Stella splendida et matutina. Et spiritus & sponsa dicunt veni. Et qui audit dicat veni. Et qui sitit veniat & qui vult accipiat aquam vite gratis. Contestor enim omni audienti verba prophetie libri huius. Si quis apposuerit ad hec. apponet deus super illum plagas scriptas in libro isto. et si quis diminuerit de verbis libri prophetie huius. auferet deus partem eius de libro vite & de civitate sancta & de his que scripta sunt in libro isto. Dicit qui testum num prohibet istos. Etiam. Venio cito Amen. Veni domine Iesu gratia domini nostri Iesu christi cum omnibus nobis. **A. M. E. N.**



Faint, illegible text in the upper left column.

Faint, illegible text in the middle left column.

Faint, illegible text in the lower middle left column.

Faint, illegible text in the lower left column.

Faint, illegible text in the upper right column.

Faint, illegible text in the middle right column.

Faint, illegible text in the lower middle right column.

Faint, illegible text in the lower right column.









*Arch ff uncolate n° 196 — II*



